



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Spiritvalis Thesavrvs Missæ**

**Sánchez, Gaspar**

**Coloniae Agr[ippinae], 1619**

Spiritvalis Thesavrvs Missae. In Qvo Traditvr Quam inde vtilitatem capturi  
sint tum Sacerdotes sacrificantes, tum reliqui fidelium eidem pr̄esentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55223](#)

SPIRITVALIS  
THESAURVS  
*MISSAE.*

IN QVO TRADITVR  
Quam inde utilitatem cap-  
turi sint tum Sacerdotes sa-  
cificantes, tum reliqui  
fidelium eidem pre-  
sentes.

CAPVT I.

Quanti referat viuam sacri huic  
mysterij fidem excitare.

**R**EVVM omnium æsti-  
matio ex ipsarum nasci-  
A tur

## SPIRITALIS

tur cognitione, tam vera, quæ è luce fidei & veritatis diuinæ res ipsas ex ratione æstimantis oritur, quam falsa, idque occasione tenebrarum & obscuritatis, quas adfert peccatum & concupiscentia ; quæ verum nobis id esse persuadet bonum, quod non nisi fictum & mendax est. Maximum bonorum temporalium est vita, & merito & maximum dicitur, ut propter reliquorum bonorum fundamentum. Cæterum, si ipsum bonum, omnium bonorum optimum & maximum, ad diuinæ veritatis mentiri nesciat, trutnam appendimus, dicentē Deū ipsumS. Iacobi Apostoli ore audie-

# THESAURVS MISSAE.

dicimus: Iac. 4. Quæ est vita vestra?  
vapor est ad modicum parens, &  
deinceps exterminabitur. Tam fra-  
gili scilicet fundamēto inaedifi-  
catæ sunt omnes ventorū inani-  
tatūq; turres, quas homines cō-  
struūt, bonæ fortunæ, honores,  
voluptates, ac diuitias non nisi  
pro forma exteriori, non autem  
pro soliditate accipiendo; quas  
tamē S. rex Dauid diuina luce &  
experientia illustratus & purè  
iudicans, ne quidem vaporē aut  
fumum, vti D. Iacobus, dicere  
dignatus est, sed somni nomine,  
quod longè minus & indi-  
gnius, vocavit Psalm. 75. Dormi-  
erunt, inquit, somnum suum, &  
nihil inuenierunt omnes viri diuini-

4 SPIRITUALIS

arum in manibus suis . Quibus  
in rebus duo notanda occur-  
runt : primum , quod omnia  
inferiora ac terrena somnus  
dicantur , & illorum possesso-  
res & usufructuarij , dormi-  
entes . Nam vti qui inter  
dormiendum se regem , mag-  
natem , locupletem , aut fa-  
trapam esse somniat , quamdiu  
quidem durat somnium , gaudet  
ac de fortuna sibi sua gratula-  
tur ; sed ex parte factus inanem  
se ac vacuis manibus reperit : sic  
reuera reges , magnates , opulen-  
ti , satrapæ terreni , hisce bonis  
fruuntur velut bonis somnian-  
tium , hoc vno excepto , quod  
somnium hoc sit paulo produ-  
ctius

THESAVRVS MISSAE. 5

Etius; at vbi mortis eos stimulus expergefecerit, nihil prorsus in manibus suis inueniunt . Alterum quod hisce in rebus summoperè notandum est, Prophetam non dicere *diuitias virorum*, sed , *viros diuitiarum* , quo ostendit , non ipsos illarum, sed illas ipsorum dominas esse:quæ sanè grāuissimā calamitas est. Iam vero vt ad propositum veniamus , quemadmodum fidei lumen, non autem solam apparentiam secuti, suum bonis terrenis pretium & æstimationem quam merentur assignamus, non aliam scilicet quam quæ somnio debetur : sic eadem luce , quam Dominus

A 3 Deus

## SPIRITUALIS

Deus nobis dignatur concedere, in vnica Missa tam admirabiles ac veros reperiemus thesauros, tam pretiosa dona cælestia, tanta gratiæ bona pro hac vita, tam certam pro altera tamq; securâ spem, ut insignem nobis admirationem & stuporem moueant, vt ad vel credendum eadem, ipso fidei dono, quod ex infinita bonitate sua cordibus nostris infudit Deus, opus habeamus. Consideremus in Missa non modò quod exterius apparet, sacerdotem scilicet vestitum, è libro lectitantem, alium ei respondentem, nec satis nobis sit pectus hostiam eleuante sacerdos.

THE SAVRVS MISSAE. 7  
cerdote tūdere; sed fidei oculis,  
qui lōgē sunt Lynceo perspica-  
ciores, perspiciamus quid quaq;  
Missæ parte, & omnibus ad ipsā  
spectatib. cōtineatur. Hæc por-  
ro cognitio & interior perspe-  
ctus non in solo cognoscendo  
oportet s̄istat, sed Deum etiam  
estimare, reuereri, amare, eipla-  
cere & seruire ob tam eximum  
beneficium studeat , (quod ta-  
metsi non nisi vnicum sit, om-  
nia nihilominus beneficia in se  
complectitur ) & inde vtilita-  
tem aliquam elicere conemur,  
& è singulis Missis , quas aut  
celebrare aut dicere nos con-  
tingit, exeamus alij quàm ve-  
neramus , mutati scilicet

A 4 & in

### 3 SPIRITUALIS

& in melius conuersi, cum ipse  
Redemptor Iesus Christus in-  
ibi præsens adsit, de quo sic D.  
Lucas scriptum *Luc. 6.* reliquit:  
*Omnis turba quærebat eum tange-  
re, quia virtus de illo exibat, & sa-  
nabat omnes.* Si ergo lineæ aut  
laneæ Saluatoris vestes sanandi  
virtutem habebant, vel manum  
dumtaxat tactæ, quid non faci-  
et sacrum eius verbum corde  
admissum, quin & ipsem et cre-  
ditus & adoratus, & suo tem-  
pore in sacro Missæ my-  
sterio & communi-  
one receptus?

CAPVT

THESAVRVS MISSAE. 9

CAPVT II.

OMNIA REDEMPTIONIS  
nostræ beneficia in sacro Missæ my-  
sterio coniunctim nobis à  
Deo conferun-  
tur.

**I**nter rationes, ob quas S. Eli-  
sabetha à Spiritu sancto edo-  
cta beatam Deiparam Vir-  
ginem pronuntiauit, fuit hæc,  
quod insigni quodam fidei lu-  
mine sacra credidisset mysteria  
quæ in ipsa Deus omnipotens  
peracturus esset. & ait *Luc. 1.* Be-  
ata, quæ credidisti, quoniam perfi-  
cientur ea quæ dicta sunt tibi à Do-  
mino. Ad imitationem viuæ hu-  
ijs quam beatissima virgo ha-  
buit

io SPIRITUALIS  
buit fidei, magna cum certitu-  
dine credamus, habere nos in  
sacratissimo Missæ mysterio,  
quod ipsi in mysterio Incarna-  
tionis promisum fuit, scilicet,  
vnigenitum Dei filium ex ipsa  
carnem assumpturum, nascitu-  
rum, Euangeliū prædicaturū,  
atque ipsum miraculis confir-  
maturum, & ad homines saluan-  
dos mortem appetituru. De  
hoc locutus est mysterio Da-  
uid, dum ait Psalmo 110. Memo-  
riam fecit mirabilium suorum mi-  
sericors & miserator Dominus, es-  
cam dedit timentibus se. Adeò ut  
in mysterij huius institutione  
se Christus velut quæstor quā-  
dā rationarius gesserit, qui de-  
ductis

THESAVRVS MISSAE. ii  
ductis in libro rationum minu-  
tim ac sigillatim multis ijsque  
amplis expensorum acceptorū  
que rationibus, ad illarum cal-  
cem breui omnes numero iun-  
ctim cōpletebitur, faciendo sum-  
mam summarū: adeò ut qui hāc  
legerit, legat, quidquid toto li-  
bro scriptum continetur. Ad e-  
undem planè modū in libro vi-  
tæ Redēptoris nostri in sancto  
inquam eius Euangeliō, aliquid  
de illius incarnatione, aliquid  
de eiusdem natiuitate, aliud de  
manifestatione eiusdem Regin-  
bus, quiddā etiam de ipsius mi-  
raculis, nec nō de eius prædica-  
tione, & morte aliquid scriptū  
reperi reest; quæ omnia paucis &  
sum-

summatim in vnica Missa comprehensa habemus. In modo quidem quo se nobis inibi **C H R I S T V S** Dominus dat, aliquod discriminē est, at in rei quæ nobis datur realitate & substantia, & fructu spirituali planè nullum. Ut verò melius hoc intelligatur, paucis primaria Vitæ Iesu Christi Domini nostri mysteria percurramus, & videbimus singula hic etiam reperiri. Ad Incarnationem siquidem, à parte sua, sanctissima Virgo contulit purissimum ac virgineum sanguinem, à sua verò Deus potentiam & sapientiam suam infinitam, per quam factum est, ut è sanguine illo pu-

rif.

THESAVRVS MISSAE. 13  
rissimo, sacratissimum C<sup>H</sup>R<sup>I</sup><sub>I</sub>  
s t i Domini nostri corpus  
subito perfectum formauerit,  
& sanctissimam illam animam  
è nihilo crearit, omnibusque  
quæ habuit charismatibus &  
diuitijs donarit, & animam  
illam & corpus sanctissimum  
verbo diuino in vna hypo-  
stasi vnierit, & C<sup>H</sup>R<sup>I</sup>S T<sup>V</sup>S  
verus D<sup>E</sup> V<sup>S</sup> simul & homo,  
constitueretur. In Missa ve-  
ro sacerdos, à parte sua, pau-  
xillum panis & vni confert, &  
Deus per verborum consecra-  
tionis vim à parte sua suam cō-  
fert potentiam & sapientiam,  
quā in instanti panem in Chri-  
sti conuertit corpus, & vinum

B

in

14 SPIRITUALIS  
in sanguinem sacratissimum, vt  
per concomitantiam, vel, vt cla-  
rius loquar, eò quòd corpus vi-  
uum sit, & quod sanguis etiam  
in viuo eius corpore contineat-  
tur, eiusdem anima præsens ibi  
adsit, vtrique autem Verbum  
vnitum sit; adeò vt, verbis con-  
secrationis iam plenè & perfe-  
ctè pronuntiatis, adsit ibi præ-  
sens C H R I S T V S , D E V S  
& homo verus . Quid verò  
hoc mysterium minus quam  
Incarnatio habet ? In Natiui-  
tate habuerunt C H R I S T V M  
Pastores pauperculis panni-  
culis inuolutum, in Missa nos  
coopertū habemus accidētibus  
etiam

THE SAVRVS MISSAE. 15  
etiam multò vilioribus . Hic  
denique eundem habemus pro-  
positum ad adorandum , vti e-  
um habuere tres Magi; ad intra  
brachia nostra etiam recipien-  
dum, vti eum complexus est Si-  
meon . Hic videmus eum non  
minus patrare miraculum , quā  
in nuptijs Canensibus ; in illis  
siquidem aquā in vinum , in  
Missa verò vinum in propri-  
um conuertit sanguinem .

Hic eum quoque prædicantem Euangeliū audimus ,  
quod licet ore Sacerdotis fi-  
at , non minori tamen nobis  
id emolumento futurum est ip-  
sum si recipiamus : an non enim  
apud Euangelist . ipse ait ? Ioā . 20

B 2

Beati

Beati qui non viderunt & credi-  
derunt . Hic propriissimè il-  
lum in cœna habemus , cùm  
hæc eadem & eiusdem planè  
sit rationis , cuius fuit illa an-  
tiqua , in qua & eadem mate-  
ria panis & vini , ijsdem con-  
secratur verbis . Hic etiam  
illum habemus patri pro pec-  
catis nostris oblatum , nisi hoc  
vno excepto , ( quod amato-  
ribus Christi maiorem conso-  
lationem allaturum est ) quòd  
in cruce improborum hominū  
qui tunc erant operâ oblatus  
sit , & diuina eius maiestas cru-  
delissimam & probrofissimam  
mortem subierit : hîc commu-  
niter & vt plurimum sancto-  
rum

THESAVRVS MISSÆ. 17

rum Sacerdotum offeratur  
manibus ; non blasphemis la-  
cessitus , sed adoratus ; non  
patiens , sed gloriosus , nec  
minori fructu , quoad remis-  
sionem peccatorum ac dono-  
rum cælestium collationem ,  
ei qui aliquam inde elicere  
vtilitatem voluerit . Hic ip-  
sum habemus resuscitatum  
iam , & gloriosum , & ad Pa-  
tris æterni dextram regnātem.  
Hic denique Sacramentorum  
omnium habemns summam ac  
finem ; omnia namque ad hoc,  
velut ad finē & scopum & gra-  
tiæ fontem , ordinantur , cùm  
realiter , substantialiter & verè  
Iesum Christum Dominum no-

B 3 strum,

## 18 SPIRITALIS

strum, Sacramētorum auctore,  
& gratiæ omnis largitorem,  
contineat. In Missa itidem ha-  
bemus laudes Psalterij Daui-  
dici, in versiculis nempè in In-  
troitu, Graduali, Offertorio,  
Postcommunione decantari ut  
plurimum solitis: doctrinam  
item Prophetarum in lectioni-  
bus & prophetijs tempore o-  
portuno legendis; Apostolo-  
rum quoque prædicationem  
in Epistolis. Inuenimus hic  
quoque ad consolationem no-  
stram, veterum sacrificiorum,  
vti Abelis, Melchisedeci, A-  
brahami, quorum in Missa fit  
mentio, complementum; hic  
inuenimus sacrificium Agni  
pascha-

THESAVRVS MISSAE. 19

paschalis, figuræ, manna, fau[i] Samsonis, panis subcineritij Eliæ, aliasque multas, quæ omnes in sacro Missæ mysterio adimplentur. Hic itidem Christus, nobis promissionem illam, Ecclesiæ suæ factam, diuinâ liberalitate ac magnitudine suâ dignam, & tam gloriosam, nobisque adeò utilem, præstat, *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi.* Atque ut taceam fidei veritatem, quæ nobis ad hoc ita credendum sufficit, non desunt etiam rationes eæque efficacissimæ, conuenientiæ, cur hoc ita Christus Dominus noster fererit. Prima sit, quod ipse sit

B 4

caput

caput Ecclesiæ , & vicissim ipsa , quæ ad finem usque mundi duratura est , corpus eius mysticum . Quid porro rationi conformius & naturæ , quam corpori suo caput uniri ? Secunda , quod Christus Iesus Ecclesiæ suæ sit sponsus , quam sibi arctiori despontauit vinculo , quam sibi uxorem maritus per sacramentum matrimonij , quod ab Apostolo SACRAMENTUM MAGNUM appellatur , à Christo cum sua Ecclesia contractum . Si igitur ipse sponsus sit , sponsumque tanto amore complectatur , ut , quo eam condecoraret & ditaret , mortem eius causa

sa

THESAVRVS MISSAE. 21  
sa subierit, vti testatur Aposto-  
lus Ephes. 5. Tradidit semetipsum  
pro ea, vt illam sanctificaret, mun-  
dans Laudacro aquæ in verbo vitæ,  
vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ec-  
clesiam, non habentem maculam  
aut rugam, aut aliquid huiusmodi,  
sed vt sit sancta & immaculata;  
æquum minimè erat, vt tanto  
ab illa tempore absens foret.  
Et quoniam hæc despensatio  
in hac vita in qua (vt dicit  
Apostolus 2. Corintheo. 5.) per  
fidem ambulamus, non per speci-  
em, per fidem fit, teste Oſex,  
Oſeæ secundo cap. Sponsabo te mihi  
in fide; conueniens fuit, vt ab-  
ſconditus maneret, vt fides, quā  
ſponſo ſuo debet, exercitanda

spon-

## 22 SPIRITALIS

spōsa occasionem haberet. Tertia, quod conueniens fuerit, sponsum sufficientem commēatum & alimentum sponsæ relinquere, quod cum spirituale esse debebat, nullum sanè erat conuenientius quam ipsem, qui in omnem æternitatem ipsum futurum est. sunt & aliæ plurimæ rationes, conuenientiæ, quas prolixitatis vitandæ causa prætereo. Capitis ergo huius conclusio esto, Christianum, si modò sibi applicare norit, ex vna quam celebrat vel auditur Missa, magis posseditecere, quam omnibus rebus à Deo creatis; cum in ipsa Christum Dominum habeat incarnati-

THESAVRVS MISSAE. 23

carnatum, natum, à Magis adoratum, in templo præsentatum,  
Simeonis brachijs receptum,  
prædicantem, miracula patrانتem, sanctissimum Eucharistiæ  
Sacramentum instituentem, san-  
guinem effundentem, resusci-  
tatum, etiam penitus in se glo-  
riosum: adeò ut ibi in vno no-  
bis beneficio omnia conferat  
beneficia, cum ibi præsentem  
habeamus eum, qui se nobis in  
omnibus illis dedit, & ex hoc  
simul omnium fructum pro  
animabus nostris eli-  
cere valeamus.

CAPVT

## CAPVT III.

DE REVERENTIA, QVAE  
sancto Dei templo debetur , in quo  
sacrum hoc celebratur  
mysterium.

**Q**ui scire vult, quæ S. Dei  
templo debeat reue-  
rentia ob sanctissimum  
Missæ quod in ea celebratur  
mysterium , & quia semper in  
eodem præsens adest Venera-  
bilis Eucharistiæ, attentè perle-  
gat octauum caput tertij libri  
Regum, 3. Reg. 8. in quo dedicatio-  
nis templi mentio est à Salomone &  
dificati ad arcam Testamenti in e-  
odem reponendam, quæ aliud

THESAVRVS MISSAE. 25

in se non continebat , quām  
tabulas duas lapideas lege ac  
præceptis Decalogi inscrip-  
tas , virgam Aaronicam quæ  
floruerat , & vñnam manna  
repletam . Ibidem namque le-  
gitur Salomon orationem fla-  
grantissimam instituisse , & ex  
ijs quæ tum à D E O petijt ,  
à spiritu sancto inspiratus , col-  
liguntur gratiæ & beneficia ,  
quæ Dominus collaturus e-  
rat ijs , qui in templo illo ora-  
tionem erant aliquando factu-  
ri . Verba , à quibus orationem  
auspicatus est , admirationis &  
exclamationis plena fuerunt .  
*3. Reg. 8. Ergone putandum est , quod  
verè Deus habitet super terram ? Si*

C

enim

AE  
quo  
Dei  
ue-  
um  
tur  
r in  
era-  
rle-  
ibri  
atio-  
ne &  
ne-  
liud  
ii

## 26 SPIRITUALIS

enim cælum & cæli cælorum te capere non possunt , quanto magis  
domus hæc quam ædificavi ? Si vel  
sola umbra & figura tales affectum & sensum , in corde  
viri adeò sapientis , vt Salomon , excitauit ; quem non ipsa  
excitasset veritas , si eiusdem  
illi , vti populo Christiano ,  
videnda copia facta fuisset ?  
Prima ergo , ob quam maxima  
templo debeatur reveren-  
tia , ratio est , quod DEI sit  
domus , in qua ipse commo-  
retur , nunquam ut eadem e-  
grediatur , idque ob sanctissi-  
mum Eucharistiæ Sacramen-  
tum . Est porro hoc tam exi-  
mium DEI beneficium , ver-  
bis

THESAVRVS MISSAE. 27

bis ut exprimi non queat; ob  
quod D E v s non modò rex  
noster est & Dominus , sed et-  
iam concius : cum nullus sit  
viculus aut pagus etiam mini-  
mus, cuius ille non sit ciuis, &  
in quo domum non habeat.  
quin etiam multis in vrbibus  
& opidis non vnica illi domus  
satis est, sed , quò nobis vici-  
nior sit, & proprius eum habe-  
amus , multas domos habet,  
& suam propè in singulis pla-  
teis habitationem. Hac in do-  
mo suum D E v s habet ex-  
ercitum , ad nos defendendos;  
id est potentiam suam infinitā;  
suum consilium , ad nos guber-  
nandos, id est sapientiam suam

C 2      infi-

## 28 SPIRITALIS

infinitam ; bonitatem quoque infinitam , liberalitatem, diuitias , & misericordia , vt omnibus necessitatibus nostris intendat ; suam iustitiam, eam ut in inimicos nostros exerceat , & mala quæ nobis intentant & faciunt , dispellat. Hic suum etiam habet penuarium & horreum ad nostri alimentationem ; doctrinam , ad nos docendum ; medicinam , vt nobis medeatur ; omnia denique dona cælestia, quibus nos ditet. Et quamuis solus ipse per se adhæc omnia sufficiens sit , non ideo tamen solus hic esse vult, sed exercitu suo & infinita Angelorū multitudine.

## THESAURVS MISSAE. 29

titudine stipatus , qui eius in famulatum assistunt parati , ac velut cælestes magnates regem suum & dominum sequuntur , & quocumque conferre se voluerit, comitantur . Hanc Angelorum hic præsentiam docet Apostolus , dum mulieribus præscribit honestatem , qua in templis versari debent , dum ait : *i. Corinthior. 11.* Ideo debet mulier vel amen habere supra caput propter Angelos , id est cooperire caput , vti idem ponit D. Hieronymus . Si ergo Angelis hæc debetur reuerentia , quanto magis ipsi Angelorum Domino? Scala quam inter dormiendum vidit Iacob Genes.

C 3

nes.

ne. 28 & Angelos per eam ascen-  
tes & descendentes , & Domi-  
num Angelorum in summitate il-  
lius innixum , hæc inquam sca-  
la elegans sancti templi Domi-  
ni figura est , in qua ascendunt  
& descendunt Angeli ; ascen-  
dunt quidem , dum fidelium  
ad D E V M orationes defe-  
runt ; descendunt verò , dum  
eisdem è cælo earundem ex-  
auditionem nuntiant . Vnde  
& Iacob è somno experges-  
sus , & locum in quo erat , con-  
siderans , in has tandem voces  
erupit , Verè D O M I N U S e s t  
in loco isto , & ego nesciebam ; pa-  
uensq ; , quām terribilis e s t , in-  
quit , locus iste ! non e s t hic aliud

nisi

THES A V R V S M I S S A E . 31

*wisi domus Dei , & porta cæli .*  
Cæli porrò porta templum di-  
citur , eo quod per orationes ,  
quas in eo effundimus , & per  
doctrinam , quam inibi audi-  
mus , & quæ accipimus Sacra-  
menta , eodem subeamus .

Domus vero D E I vocatur ;  
quod vt plerumque , dum  
quempiam quærimus , illum  
domi inuenire solemus , sic  
Dominum Deum in templo  
singulariori quâdam ratione  
quam alibi inueniemus . Hanc  
etiam ob causam nominatur  
domus orationis , ad quam  
populum se suum ducturum  
per Isaiam singulari quo-

C 4                    dam

## 32 SPIRITUALIS

dam beneficio & fauore pro-  
misit Deus, & ibi insignia in ip-  
sum collaturum beneficia: Ad-  
ducam, inquit, Isai. 56. eos in mon-  
tem sanctum meum, & latificabo e-  
os in domo orationis meæ. Holocau-  
sta eorum & victimæ eorum place-  
bunt mihi super altari meo, qui ado-  
mus mea domus orationis vocabitur  
*cunctis populis*. Ex his euiden-  
ter patet & facile intelli-  
tur, quod fidelium in tem-  
plo esse debeat officium, quæ  
partes; orare scilicet & Deum  
laudare. Ut enim in benè  
morata republica domus quæ-  
dam sunt ita vni rei destina-  
tæ, vt ad aliam non seruiant,  
qualis *est* commune horre-  
um

THESAVRVS MISSAE. 33

um, quod solum panibus af-  
seruandis deseruit, & aliæ his  
similes, sic & Ecclesia nulli  
rei alij præter quam orationi,  
& tractationi cum D E O de-  
stinari debet, vt in ea nem-  
pe diuinum eius verbum au-  
diamus, & sanctæ eiusdem sa-  
cramenta recipiamus, non ve-  
rò fabulis, risui, ambulationi,  
mutuæ citationi, multò verò  
minus, peccato Deique of-  
fensioni, ( quod sanè abomi-  
nabilis quædam in Diuinam  
Maiestatem irreuerentia est,  
sua scilicet ipsum in domo of-  
fendere ) impendi. Cum ipse  
mundi Redemptor Christus in  
diuina sua persona, toto vitæ  
tem-

## 34 SPIRITUALIS

tempore, grauissimas tulisset iniurias, contumelias, & opprobria, simul & acerbissima tormenta, numquam eum legimus indignantem, numquam iracundiam aliquam præferentem; nisi dum in templo, velut in rerum venalium foro, vendentes & ementes conspexit ea, quæ sibi tamen in templo suo erant offerenda: tum siquidem ipse, qui ipsa erat modestia, continentia, & morum grauitas, flagello arrepto negotiatores templo eiecit, & mensas nummulariorum irâ concitatus euertit, & vendentibus columbas ait,  
*Iannis secundo. Auferte ista hinc,*  
& no-

THESAVRVS MISSAE. 35

¶ nolite facere domum Patris  
mei , domum negotiationis . Ait  
autem Venerabil. Beda, si tem-  
plo eiecit Redemptor eos qui  
emebant & vendebant , quæ li-  
cità alio emi & vendi loco po-  
terant ; quid fecisset , si quos  
in eodem vidisset aut garri-  
entes , aut ridentes , aut mur-  
murantes ? Debet ergo Chri-  
stianus , dum templum ingre-  
ditur , & ibidem diuinis inter-  
est officijs , firmiter secum pro-  
ponere , nullum loqui verbum ,  
loquentibus minimè aures ac-  
commadare , neu quidquam ali-  
ud facere , præterquam orare ,  
attenteque diuinis interesse  
offi-

36 SPIRITUALIS

officijs, & quāndiu potuerit,  
propter Domini ibi præsentis  
reuerentiam, flectere aut stare,  
&, quod etiam satius, detecto  
capite: si verò id corporis im-  
pediat imbecillitas , aut aliud  
fieri suadeat necessitas, sit, pro-  
ut commodius potuerit, sem-  
per tamen tacendo.

CAPVT IV.

QVA OPOREAT REVE-  
rētiatangere vel tractare sacrosca-  
lices, patenas, corporalia, ornamen-  
ta, Missalia, ac reliqua sacra vasa,  
& vniuersum sacri alta-  
ris instrumen-  
tum.

E Fficaciter hortatur per Isa-  
jam

THE SAVRVS MISSAE. 37

iam Spiritus sanctus eos, qui sa-  
cra Domini vasa tractant & ge-  
stant, verbis prægnantibus di-  
cens: Isaia 52. Parauit Dominus  
brachium sanctum suum in oculis  
omnium gentium, & videbunt om-  
nes fines terræ salutare Dei nostri:  
recedite, recedite, exite inde, pollu-  
tum nolite tangere, exite de medio  
eius, mundamini qui fertis vasa Do-  
mini. Ipse vero Dei filius brachi-  
um dicitur Dei, per quem scili-  
cet Deus Pater optimus maxi-  
mus, creauit omnia. quod autem  
in omnium gentium oculis il-  
lud parauerit, nihil est aliud,  
quam voluisse, ut carnem hu-  
manam assumeret, ut eum vide-  
rent hominem iam factum, qua-

D

in hu-

Isa-  
iam

38 SPIRITUALIS

in humana figuraverunt Israe-  
litæ, quibus & ipse prædicauit:  
sed omnes eum gentes vident  
per sanctissimum altaris sacra-  
mentum. Nam ut qui tunc in eu-  
crediderunt, vidētes hominem,  
Deum simul & hominem eum  
confitebantur: sic hodie in san-  
ctissimo Eucharistiæ sacramen-  
to, non minori fidei lumine, vi-  
dendo ibi nec Deum, nec ho-  
minem, Deum tamen simul co-  
fitemur & hominem, atque hoc  
deum est, Deum brachium  
suum parare, id est, per sacrum  
hoc mysterium filium suum in-  
carnatum vniuerso mundo ma-  
nifestare. Propterea ergo san-  
ctus Propheta in spiritu myste-  
rium

THESAVRVS MISSAE. 39

rium hoc , ad cuius confectionem & administrationem vasis opus erat, magni pendens hor-tatur illos, quorum erat eadem tangere & tractare, vt à sæcularum conuersatione & familia-ritate se abstrahant, ab ijs pro-cul recedant , nihil etiam im-mundum aut profanum tan-gant ; sed vt manus puras & non inquinatas habeant , qui-bus sacra vasa D O M I N I ferant , tangant & tractent.

Quænam ergo Calici debetur reuerentia , in quo pretiosus D O M I N I nostri I E S V C H R I S T I sanguis con-secratur & asseruatur ? quæ patens & corporalibus, quibus

D 2                    sacra-

## 40 SPIRITUALIS

Sacratissimum eiusdem corpus  
superponitur & inuoluitur?  
Quin & hæc ipsa corporalia sin-  
gulari quâdam ratione benedi-  
cuntur & sacrañtur. Hinc etiā  
S. Leo Pontifex, siquando reli-  
quias quispiam abeo Sancti ali-  
cuius petebat, linteum quod-  
dam dabat illi, quod hasce reli-  
quias contigisset, quod proin-  
de sanctus hic Pontifex magni  
in veneratione habebat; quanto  
verò maiori honore corporalia  
prosecutus esset, quibus sacrum  
Redemptoris nostri corpus in-  
uoluitur? Calices & patenæ et  
iam maiori in honore habende,  
ut pote oleo sacro sacratæ; quas  
Episcopi est, ratione officij &  
digak

THESAV RVS MISSAE. 41  
dignitatis, consecrare, uti & sa-  
cerdotum manus, quibus san-  
ctissimum Eucharistiae sacra-  
mentum contingant. Collige-  
re hinc poterit, quantum suis sa-  
cerdos debeat manibus reueré-  
tiam, ut iisdem non tangat quip-  
pam, non dico, animam com-  
maculans, immo nec profanum  
aliquid, quale sunt char-  
tæ lusoriæ, aut quid simile. At-  
que ut maxima futura esset ir-  
reuerentia, è sacro calice bibe-  
re, (tametsi ipsum bibere pec-  
catum non inuoluat, quinimo  
debitâ ratione ac fine factum  
meritorium etiam sit) eò quod  
sacrum hoc vas diuino sit cul-  
tui dedicatum; sic persuadere

D 3

sibi

## 42 SPIRITUALIS

sibi debet , indecens etiam esse  
tangere manibus Deo sacris ali-  
quid , quod ad eius cultum at-  
que obsequium directè aut in-  
directè non spectat . Nemo por-  
ro melius nos docet quanta va-  
sis sacris debeatur reuerentia ,  
quam ipse met Redemptor  
Iesus Christus , qui particula-  
rem ad hunc usum in Ecclesia  
ordinem sacrum instituit ; u-  
num quippe è præcipuis Sub-  
diaconi officijs est ; vasa sa-  
cra ad altaris ministerium per-  
agendum præparare , & cor-  
poralia munda præstare . quin  
etiam ad ampullas & candelæ-  
bra , quæ etiam remotius ad  
altare spectant curanda , in-

stitu-

THESAVRVS MISSAE. 43  
stituit gradum & ordinem a-  
colythorum , quorum partes  
erant porrigerere sacerdoti am-  
pullas , & candelabra gestare,  
interim dum sacra mysteria  
Missarum celebrantur . Ipsis  
quoque ornamenti magna de-  
betur reverentia , eò quod  
singulari quadam ratione be-  
nedicantur , & ipsa Passionis  
Dominicæ insignia repræsen-  
tent , & ijs ipsis vestitus sa-  
crificet Sacerdos . Adhuc ip-  
sum Missale , quo Prophetar-  
um , Apostolorum doctrina ,  
& quam in Euangeliō ore suo  
sacro Redemptor ipse nobis  
prædicauit , sacra insuper con-  
secrationis verba , sacer Canon

D 4 toti-

esse  
ali-  
at-  
in-  
or-  
va-  
tia,  
tor  
ula-  
esia  
; v-  
ub-  
fa-  
per-  
cor-  
quin  
lela-  
is ad  
in-  
titu-

## 44 SPIRITUALIS

totidem petitiones, quas Domino Deo nostro offerimus, & tot eiusdem laudes & præconia continentur, quo in honore habendum sit, facile apparet. Duplex porro his omnibus exhibenda est reuerentia: interior una, hæc ipsa ex animo venerando & colendo, velut instrumenta ad diuinum cultum tani propè facientia; exterior altera, ut nimirū sedulò curemus, ipsa ut munda existant, & bene habentur, & dum tanguntur, & in manus accipiuntur, debita cum reuerentia, nō verò temerè aut irreuerenter tractentur. Vnde manifestum fiet, quantoperē repræhendendi sint editui, qui

sacra

THESAURVS MISSAE. 45

sacra ornamenta negligunt, ipsaque parum curant nec mundant, utputa lampades, ampullas, & templum sordibus oppleari sinunt, aranearum telis obsatum; quin etiam magis sacerdotes, qui sæpè tam immundum naribus mungendis non ferment strophiolum, quam ferunt purificatorium; neu tam detritas in mensa mappas aut mantilia, quam detritæ & inquinatæ sunt sæpè mappæ & corporalia altaris, quod est Dei ac Domini nostri mensa, in quo Angelorum panis & consecratur & comeditur. Horresco vel cogitans, quanto verò magis refrens, multos maiori mundicie  
& ni-

## 46 SPIRITALIS

& nitore sacerdotes mortuas animalium iugulatorum carnes comedere , quam viuam Iesu Christi Domini nostri carnem . Quin & ipsos saeculares ad hanc mapparum , purificatorum & corporalium munditiem nitoremque concurrere & adiuuare oporteret , quos nimis pudeat , dum suas mensas & letos melius adornatos , maioriique mundicie atque elegantiâ conformatos vident , quam Redemptoris nostri mensam , in qua tamen vitæ panis ipsis comedendus porrigitur . Magna etiam confusionis & erubescientiae materia est , quod in magnatum palatijs , quin & pri-

THESAVRVS MISSAE. 47

& priuatorum ædibus , tedæ  
& faces è candida cera super-  
fluè copioseque, taxillis , tes-  
seris , chærtisque ludentibus  
præluecant; erubescant inquam  
hi, dum hoc suo in luxu , v-  
nam in altari , eamque vix  
ardentem candelulam  
ceream conspici-  
unt.

CAPVT

## CAPUT V.

QVOMODO SE PRAEPA-  
pare deberent Christiani priusquam  
templum ingrediantur, & cur ad  
eius introitum aquæ benedi-  
ctæ vasculum collo-  
cetur.

**A**SSEVERI Regis palatum  
nemini subire licebat ci-  
licium induo, Esther 2.  
erat namque hoc vestis genus  
in Regis huius oculis vile, abie-  
ctum, & maiestate ac magnitu-  
dine regiâ indignum, quanto  
verò maior est gloria & maie-  
stas domus Dei, ut nimirum  
serui eius, coram diuinis regis  
*ibidem*

THESAURVS MISSAE. 49  
Ibidem commorantis oculis,  
interius ornati, & virtutum or-  
namento condecorati, appare-  
re allaborent: sunt haec nempè  
splendida filiæ regis cælestis  
schemata, cuius OMNIS GLO-  
RIA & pulchritudo A B I N-  
T V S est, vt testatur David  
& in corde latitat Psalm. 44.  
Idem ille Rex & Propheta Da-  
vid antequam templum ac do-  
mum Dei subiret, ad seipsum  
intrabat, seque recolligebat, ac  
cogitabat quâ ipsum dispositi-  
one deberet ingredi, quo etiam  
metu ac reverentia, & quid sibi  
in templo faciendum esset. Hinc  
ait Psalm. 5. *Introibo in domum*  
*tuam, adorabo ad templum sanctum*

E tuum

50 SPIRITALIS

tuum in timore tuo . perinde ac si  
diceret: tuā Domine domū de-  
creui ingredi, vt à te ea quę mi-  
hi necessaria sunt postulē, quò  
verò petitorum factus compos  
inde abeam, ipso in ingressu  
ante omnia te cum timore &  
reuerentia adorabo . Ad de-  
uotionis huius , quam Daui-  
dem regem Spiritus sanctus  
edocuit , imitationem , de-  
bemus quisque , antequam  
domo exeamus , singillatim  
nos ipsos interrogare dicen-  
tes . Quò vadis ? præsentatu-  
rus me abeo Deo in sancto  
templo eius ? quid ibidem fa-  
cturus ? primū, verbum cum  
ullo homine non loquar , ne  
me in

THESAVRVS MISSAE. si  
me in colloquio & tractatione  
cum Deo impeditat . dein ip-  
sum adorabo , veniam deli-  
ctorum ab eo petam , meas il-  
li necessitates aperiam , & om-  
nia mea illi commendabo . Si  
verò qui ad regum aulas se con-  
ferunt , sua illis negotia in scri-  
ptum relata commendaturi ,  
et , cum ijsdem acturi , post  
longo forsan temporis spatio  
procuratam audientiam , &  
mollia fandi tempora exspe-  
ctata ; secum accurate consi-  
derant quid dicturi sint , quo  
petenda modo proposituri ,  
quid ni idem ipsi faciamus  
cum D E O ter optimo ma-  
ximo sua in domo collocuturi?

E 2

Si for-

c si  
de-  
mi-  
quò  
pos  
essu  
e &  
de-  
au-  
Etus  
de  
uam  
atim  
cen-  
tatu-  
ncto  
n fa-  
cum  
, ne  
e in

## 52 SPIRITALIS

Si fortè cogitemus, quòd, qua-  
cum illo nobis tractanda sunt,  
minoris sint ponderis, aut par-  
ui referat eadem obtinuisse, vel  
nobis ipsa negari: cæci sanè su-  
mus, luceque cælesti non parū  
destituti. Ad hanc porro præ-  
parationem spectat ut non in-  
trem templum, quantum mihi  
quidem possibile futurum est,  
peccato aliquo lætifero inqui-  
natus, nisi primùm eius me pe-  
nituerit: Dei namque cùm sim  
inimicus, quomodo coram ip-  
so comparere audeam? cum hac  
saltem intentione Dei domum  
subibo, vt delictorum ab ipso  
meorum veniam petam. Qui  
verò singularius ac minutius,

quid

THESAVRVS MISSAE. 53

quid in sancto Dei nostri templo contineatur scire desiderat, attente perlegat officium, in templi dedicatione decantari solitum, in quo loci huius sacri excellentias inueniet, & quas ibidem Deus praestare hominibus gratias soleat. Non est autem hoc loco prætereunda pia illa consuetudo, totâ passim Dei Ecclesiâ recepta, qua ad templi introitum aqua benedicta tot tamque particularibus orationibus sacrata collocatur. Huius siquidem aspersione veniales maculæ eluuntur, à quibus saltem mundos, in quantu possibile fuerit, esse nos sancta mater nostra Ecclesia vult, dum

E 3 Deo

## 54 SPIRITUALIS

Deo nos sistimus : cùm verò certissimum sit, nullum omnino veniale delictum per aquam benedictam elui, si quando aliud mortale in anima locum habuerit ; facile appareat , quam nos Ecclesia à delictis letalibus mundos templum intrare cupiat, cùm etiam ad venialium expiationem hoc nobis ad ianuā piamentum constituat. Qui ergo hâc præparatione præuid templum adierit, me spondente certus sit , vacuum se, minime denique expertem, domum concessurum.

CAPVI

THESAURVS MISSAE. 35

CAPVT VI.

DE ANGELO RVM PRAE-  
sentia, dum sacrum Missa  
sacrificium celebran-  
tur.

**C**erto certius cōstat, suum  
vnicuiq; nostrum Ange-  
lum custodem esse: qui nobis est  
quodammodo nutricius, magi-  
ster, socius, fidus amicus, dū-  
ctor, numquam à nobis vt  
recedat, iuxta illud Prophetæ  
testimonium Psalm. 90. Angelis  
suis mandauit de te, vt custodiant te  
in omnibus vijs tuis, & comitentur  
quocumq; te conferas. Non pa-  
rū ad nos à peccando reuocādos

E 4

pro-

## 56 SPIRITUALIS

profuerit, considerare, habere  
nos semper ad latus tam oculal-  
rum inspectorem, qui nos ubi-  
uis locorum intuetur, & tam  
perspicacem operum nostrorum  
testem. Ergo, si quocumque  
me contulero Angelus mecum  
semper incedit, multò magis  
me comitabitur, quando Deo  
me in diuina eius domo præ-  
sentabo. Hinc si in templo diui-  
na audientes mysteria, centum  
numero sumus, cogitemus o-  
portet, ut reuera se res habet,  
esse in vniuersum ducentos,  
quandoquidem totidem nobis  
quotquot sumus, assistunt An-  
geli, & quidem assistentiâ insi-  
gniori atque euidentiori, quam  
alijs

THESAURVS MISSÆ. 57  
alijs in locis, adstant namque ut  
nostras ad Deum orationes de-  
ferant, uti colligeret est ex illis  
Raphaelis ad Tobiam verbis  
Tob. II. *Quando orabas cum la-  
crys, ego obtuli orationem tuam  
Domino.* Cogitandum quoque,  
non solos nostri causa Angelos  
Custodes Missæ assistere, verum  
etiam & potius, innumeros pro-  
pter Iesum Christum Dominū  
nostrum adesse; non tamen ve-  
lut Angelos eius custodes, qua-  
les ipse non habuit, neue etiam  
opus habuit, sed tantum velut  
seruos, & fideles domus eius  
ministros: quod, quandoquidē  
Iesus Christus Dominus no-  
ster, verus est Deus, dubium  
non

## 58 SPIRITUALIS

non est, quin ad diuinæ maiestatis eius gloriam spectet. Teste habeo Danielem: Dan. 7. *Milia millium ministrabant ei, & decies centena milia assistebant ei,* nec modò in quantum Deus, verum etiam in quantum homo, omnes, illi seruiunt & adorant; nam talem ab omnibus Angelis filio suo incarnato exhiberi honore vult Pater æternus, uti benè id notat Apostolus Hebræ. 1. *Cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit, & adorant eum omnes Angeli Dei* quod è Psalmo 96. testimonium de promptum est. quid verò aliud est *cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ,* quam myste-

THES A V R V S M I S S A E . 59  
mysterium incarnationis om-  
nibus manifestare? Duplici por-  
ro titulo Dominus Angelorum  
est Christus; primò, quòd  
sit Deus , & illos ipse creaue-  
rit, cùm omnia per ipsum fa-  
cta sint Ioann. i. Secundò, quòd  
ob Patris gloriam homo factus  
sit, propter quod Psalmo 8. o-  
mnia subiecit sub pedibus eius  
Pater, & absolutum & vniuer-  
salem omnium creatorum Do-  
minum illum constituit, & vt  
talem iussit eum vt Angeli  
adorarent: Ob hos ergo duos  
titulos A N G E L I in templo  
præsentes sunt, vbi Verbum  
incarnatum , creatorem &  
D O M I N V M suum, vident.

Et

## 60 SPIRITUALIS

Et tametsi omnibus omnino  
Angelis hæc obligatio incum-  
bat, tamen quoniam (vt secun-  
do capite dictum est) in sacro  
hoc mysterio Christum Domi-  
num nostrum præsentem habe-  
mus in omnibus beneficijs, qua  
in vita sua nobis præsttit, hinc  
singulari quadam ratione præ-  
sentes hic ipsi assistunt illi, qui  
interim dum viueret illi min-  
strarunt. Quæ cum ita sint, pri-  
mus qui hic assistet, erit Ange-  
lus Gabriel, vtpotè, qui olim  
incarnationis futuræ legatus fu-  
it, qui in somnis Iosepho appa-  
ruit, illi declaraturus & certio-  
rem redditurus, quòd concep-  
tio in sponsa sua Maria, spiri-

THESAVRVS MISSAE. 61  
tus sancti esset opera perfecta,  
& qui pastoribus lætum Salua-  
toris nati nuntium attulit cum  
magna alia Angelorum multitu-  
dine, vna cū ipso cantantiū: Glo-  
ria in Excelsis Deo; qui denique  
Virginem & Iosephum monu-  
it, vt in Aegyptum concederet,  
ac postea reuerterentur. Assi-  
stent deinde illi, qui Saluatori  
in deserto iejunanti ministran-  
tes, cibum attulerunt; item, qui  
oranti in horto apparuit, qui  
sanctis mulieribus Dominum  
à morte resurrexisse nuntiarūt,  
denique illi, qui in Domini ad  
caelos ascensu Apostolis secun-  
dum illius ad iudicium aduen-  
tum significarunt. Ex hac tenuis

F dictio

## 62 SPIRITUALIS

dictis colligere fas est, qua fide-  
les in sancto Dei templo versa-  
ri conueniat reuerentiâ, ut pote  
cuius in conspectu tanta Ange-  
lorum consistit multitudo, ut  
proinde cùm sancto rege David  
dícere possimus Psalm. 137. In  
conspectu Angelorum psallam tibi,  
adorabo ad templum sanctum tu-  
um, & confitebor nomini tuo. Si  
porro cum Angelorum Domi-  
num laudantium vocibus mea  
vox iungenda est, facile appa-  
ret, quām benē sonet, &  
quām ea pura sit o-  
porteat.

CA

THESAVRVS MISSAE. 63

CAPVT VII.

QVID SACERDOTALES VESTES  
significent?

**C**apite quarto obiter dictum est, quâ vestes sacerdotales debeant reverentiâ & respectu tractari, qui respectus in animis nostris etiâ fiet maior, si attentè quid significet, perpendamus. Omnes illæ sacerdotem ornant, vt magis ad viuū Redemptorem Iesum, iam passionem pro nobis subitum repræsentet: hoc namque mysterium etsi in memoriam Christi & omnium eorum, quæ pro nobis ipse fecit,

F 2 insti-

## 64 SPIRITUALIS

institutum sit, singulari tamen  
ratione passionis eiusdem in eo  
sit commemoratio. Amictus er-  
go, quo suum sacerdos caput  
velat, velum denotat, quo ipsa  
passionis nocte milites Redem-  
ptoris oculos per ludibrium, ir-  
risionem, & subsannationem  
velarunt, & colaphis eum ca-  
dentes dicebant, Prophetiza  
quis te percussit? Alba, vester  
illam albam repræsentat, quâ  
um Herodes velut stolidum &  
emoti cerebri per cōtemptum  
indui iussit; cùm enim multa  
eum curiosè interrogasset, nul-  
lum ei Redemptor verbum re-  
spondit; vnde factum est, v  
Herodes cum & omnis illiu  
exer

THESAURVS MISSAE. 65  
exercitus & aula spreuerint, &  
velut satuum irriterint. Cingu-  
lum, manipulus, stola, vincula  
& funes significant, quibus mi-  
lites Saluatorem de domo in  
domum raptarunt, quibusque  
ipse nocte totâ vincitus mansit.  
Casula crucem notat, quam hu-  
meris Redemptor gestauit, ut in  
eadem maceretur. Omnes hæ  
considerationes dœuotionē ex-  
citant, & memoriam refriçant  
eorum quæ Christo debemus,  
cuius amor & charitas erga ho-  
mines tanta fuit, vt quotidie, si  
necessè foret, pro ipsis mortem  
subire, non grauaretur. Ita vt  
non minus ei dñebeamus pro eo  
quod in Missa nobis dat, quam

F 3                    quod

66 SPIRITUALIS  
quod tunc pro nobis passus est;  
nam idemmet donum est, & i-  
dem amor quo datur, idem et-  
iam fructus remissionis pecca-  
torum, & gratia, si modo dis-  
positionis nostræ defectu dari  
non desinat.

### CAPUT VIII.

DE REVERENTIA QVÆ  
sacerdoti debetur, & quibus is in-  
tuendus sit oculis, quando ad Mis-  
sam celebrandam egreditur,  
& etiam post eam iam  
celebratam.

**N**Olimus h̄c de sacerdo-  
tali dignitate agere, vt  
pote quę adeò magna est  
vt nulla eā sit maior in terris;  
sed

THESAVRVS MISSAE. 67

sed breuiter tantum propone-  
re, quo sacerdotē oculo intueri  
debeamus dum ad celebrandum  
exit: ut pote, qui non in sua, sed  
in Christi Iesu persona sacram  
hoc celebrat mysterium, ac pro-  
inde ijs eū videre oportet ocu-  
lis, quibus Iesum Christū vidis-  
semus, dum ad passionem, & se-  
ipsum in sacrificium pro nobis  
omnibus Deo Patri suo offerē-  
dum properabat. Cōsideremus  
ergo quā ipse sit Christo Domi-  
no, quantū ad Mediatoris inter  
Deum & homines officium, si-  
milis, cūm conceptam Dei ad-  
uersus homines iram placatu-  
rus exeat, eumque illis recon-  
ciliaturus, oblatus hanc

F 4 ob rem

## 68 SPIRITUALIS

obrem non orationes modò,  
sed ipsummet crucis sacrificiū  
idque incruentum, nihil ut in  
eo Christus patiatur, vti suprà  
suo dictum est loco. Considera-  
mus quoque, quām Christo sit  
in potestate par, cùm suis id ver-  
bis facere possit, quod ijsdē fe-  
cit Christus, ipsumscilicet ē ca-  
lo in terram deuocare, panem  
in corpus, & vinum in pretio  
sum eiusdem sanguinem con-  
uertendo: item, quod per ex-  
cellentiam dē Iesu Christi per  
sona Ioannes Euangelista scri-  
psit Ioan. 13. omnia scilicet illi  
patrem in manus dedit, in sa-  
cerdotem id quadrare; nā cùm  
suis ipse manibus Christum  
Iesum

THESĀVRVS MISSAE. 69

Iesum tenet, nihil amplius cælo terraque est quod teneat: item, quod suis Deum incarnatum visceribus recipiat, non se-  
cus atque sacratissima Virgo incarnationis eiusdem die, suo eum utero recepit: item quod eum quodammodo (vti pannis olim Virgo) sic ipse accidentibus inuoluat & cooperiat: quod suis eum, velut alter Simeon, brachijs constringat, & magis intimè eum quam Zachæus domo sua excipiat. Intueamur de-  
nique sacerdotem, velut doctorem & magistrum, cum Christi ipsius nomine, ex ore eius Eu-  
gelium audituri simus, quo cælestis doctrina includitur. Post-  
quam

## 70 SPIRITALIS

quam verò iam sacram celebrauit; quòd suis Christum Domi-  
num visceribus iam contineat,  
æquum est reuerentiam illi, nō  
secus ac hierothecæ qua sanctissimum Eucharistiæ Sacramen-  
tum continetur, exhibere, fidei  
oculis illum intuendo Domi-  
num, qui eius corpori includi-  
tur. Hæc porro erga sacerdo-  
tem reuerentia crescat, si cogi-  
tauerimus in anima illum sua  
ordinis sacri esse charactere in-  
signitum, & exteriùs etiam ma-  
nus sacro Chrismate inunctas  
habere, eadem super eas conse-  
cratione prolatâ, qua sacri  
calices consecran-  
tur.

CA

CAPVT IX.

QVAE CHRISTIANO, ET  
sacerdoti imprimis, incubat præ-  
paratio, antequam se ad sacrum  
audiendum vel dicendum  
accingat.

Per Ecclesiasticum homi-  
ni spiritus sanctus consu-  
lit, vt, priùs quàm ad oratio-  
nem se accingat, cum Domino  
Deo acturus, cor suum præpa-  
ret, vtpote, opus adeo subli-  
me, [vn]de tanta D E o gloria,  
& tantum sibi emolumentum  
prouenturum sit, instituturus.  
Ante orationē, inquit, præpara-

an-

CA

## 72 SPIRITUALIS

animam tuam, & noli esse quasi homo qui tentat Deum. Videtur is namque tentare Deum, & petere ab eo ut miraculum aliquod agat, qui deuotionis & lucis gratiam, & consolationem spiritualem dari à Deo in oratione solitam efflagitat, à parte tamen sua non præstat saltem quod potest, non parat scilicet cor suum: atque ut is qui sic hac præparatione ad orandum se parat Deum videtur tentare, & ab oratione surgit non benes satisfactus, quod postulata non consequatur; sic è contra quis præparat, & agit quod debet, sive per numerò etiam antequam gratiam à Deo postuleret, eam à di-

uin

THE SAV RVS MISSAE. 7  
uina eius manu recipere mere-  
tur, iuxta id prophetæ Psal. 10.  
*Præparationem cordis eorum audi-*  
*uit auris tua.* id est, Tam liben-  
ter Deus & gratanter concedit  
petita eis qui ad orationem de-  
bita præparatione accedunt, ut  
sæpè etiam antequam postulata  
proponant, postulantes exaudi-  
at. Porro si ad quamlibet ora-  
tionem instituēdam, aliqua cor-  
dis præparatione opus est, quā-  
ta sanè opus erit ad Missam tum  
celebrandam, tum audiendam,  
in qua is Domino Deo exhibe-  
tur honos quo maior in terra  
exhiberi nequit, tantæque ab eo  
gratiæ postulantur, tantaque di-  
uina eiusdem maiestas nobis

G inibi

## SPIRITUALIS

74

inibi elargitur, vt maiora dare  
nequeat, filium inquam suum,  
Dominum nostrū Iesum Chri-  
stum, & vnā cum ipso omnia  
gratiarum dona? Dat Deus in  
Missa velut in mensa diuina &  
lauta, animæ cibum nobis co-  
medendum, verbum inquam  
suum diuinum, sanctissimumq;  
corpus & sanguinem suum: cùm  
verò cibus hic talis sit, quals  
reuera est, necesse est ante om-  
nia eumdem accommodare &  
præparare, vt aliquod inde e-  
molumentum & fructum per-  
cipiamus; idque ad exemplum  
ciborum corporalium, qui ô-  
nes, ante quam comedantur, pa-  
rantur & accommodantur. An

nob

THESAVRVS MISSAE. 75

non fructus maturat Deus in  
arbore, panis in furno p̄ficitur  
& coquitur, carnes quoq; cru-  
dæ non comeduntur, sed assæ  
aut elixæ? horum quippe cibo-  
rum nullus sine debita præpa-  
ratione aliquo modo corpori  
prodesset; quinimò non medi-  
ocre sanitati damnum afferret.

Ad eundem planè modum in  
animæ ferculis se res habet, ac  
præsertim in ea, quod in sacra  
altaris mensa Dominus nobis e-  
largitur. Huius erat figura agnus  
ille paschalis in veteri lege adeò  
celebris; inter ceremonias por-  
ro in eiusdē comestione scruari  
à Deo iussas, nō postrema fuit il-  
la, q; crud' minimè cōedi posset:

G 2

Exod.

Exod 12. Non comedetis, inquit,  
ex eo crudum quid, etiam vel mi-  
nimum. Vetus quoque ipsum  
aqua elixari; id est, vna cum vo-  
luptatibus, delitijs, gaudijs &  
cupiditate bonorum vitæ hu-  
ius, (quorum omnium aqua fi-  
gura est) quibus homo inordi-  
natorum appetituum sitim se-  
dare & extinguere cupit, come-  
di; sed assūm igne dumtaxat, <sup>re</sup>  
hoc pacto declararet, Agnum  
Dei, qui in altari comedendus  
nobis datur, antē meditationis  
& viuæ cōsiderationis, vel per-  
fidem excitatæ, eius quod rece-  
pturi sumus, & Domini, quem  
hic adoratum & à quo in Missa  
gratiam petitum abimus, esio  
igne

THESAURVS MISSAE. 77

igne assandum: nam, ut sanctus  
Propheta loquitur Psalmo 38.  
*In meditatione mea exardescet ignis*: attente nimirum meditan-  
do ad minimum hæc tria aut  
quatuor puncta , quis scilicet  
veniat, ad quem veniat, & ad  
quid veniat, & quid illi debeam  
& quo ob tale ac tantum bene-  
ficium illimodo seruire teneat.  
Ignis huius flabrum , ita vt ar-  
deat(vti iam dictum est)esse de-  
bet quod fide viua credam, ha-  
bere me in Missa præsentē Dei  
filium, incarnatum, natum, ad-  
oratum, prædicantem, sacratis-  
simum hoc mysterium institu-  
entem, vitam pro me suam, &  
omnium vita suæ sanctissimæ,

G 3

paf-

uit,  
mi-  
sum  
vo-  
js &  
hu-  
ia fi-  
ordi-  
n se-  
ome-  
it, &  
gnūm  
endus  
rionis  
per-  
rece-  
quem  
Missa  
, eslo  
igne

## 78 SPIRITUALIS

passionis ac mortis meritorum,  
quæ infinita sunt fructum pro  
me dantem. Ad Missam ergo me  
conferā, non sicut ad aliud quid  
libet homo se confert, sed cum  
gaudio, libenter & cum deside-  
rio videndi desideratum omni-  
bus sæculis, & illum ipsum Do-  
minum, qui de seipso ait Luc. 10  
*Multi prophetæ & reges voluerunt  
videre, quæ vos videtis, & nou  
derunt; & audire quæ auditis, &  
non audierunt, filium in qua Dei  
in Missa, factum hominem; vi-  
dere, & verba ab ore eius in E-  
uangelio audire.* Quantopere  
nobis inuidarent Melchisedec,  
Abraham, Isaac, Jacob, Moyses,  
Daniel, & reliqui sancti veteres,  
si fideles Missæ posse assistere

THESAURVS MISSAE. 79

viderent, sibi verò id illicitū es-  
se; cùm diuinū hunc cibū vel e-  
minus tantū olfaciendo, & cre-  
dēdo, aliquādo ipsū venturū &  
se fidelibus daturū, tantā prä se  
gratitudinē tulerint, & sancti-  
moniā coluerint. quo circa me-  
ritō beatos dicit Redemptor o-  
culos illos, quibus talequid cer-  
nere datur. Luc. 10. *Beati oculi qui*  
*vident, quæ vos videtis.* Hæc porro  
verba, quæ tum discipulis quidē  
solis redēptor est locutus, ad v-  
niuersā Ecclesiā suā locutus esse  
cēlendus est: ipsa. n. ab illo tū tē-  
pore ad vsq; finē mundi fide vi-  
det, quod ipsi oculis videbant,  
præsentem inquam Christum  
Deum & hominem; & audit,  
quod ipsi audiebāt, id est, quo-

## 80 SPIRITUALIS

tidie in Missa bonum Euange-  
lij nuntium. Ut autem ad par-  
ticularia magis , & præparatio-  
nis huius ad Missam cùm fructu  
tum dicendam, tum andiēdam,  
praxim descendam , dico , nos  
sacerdotes , & omnes in genere  
fideles, duo imprimis antè age-  
re debere, quām Deo nos in al-  
tari sistamus , & templum san-  
ctum subeamus. Primum, vt sa-  
etissimum hoc sacrificium Pa-  
tri æterno offeramus. Secundū,  
vt animam nostram ad ipsum  
recipiendum præparemus, & ei  
nos ita præsentemus , vt oculi  
ipsius placeamus . Quantum ad  
primum , vt rite debiteque ac  
altare accedamus, cum ea inten-  
tione

THESAURVS MISSAE. 81  
ti one accedemus, quam Christus Dominus tuus habuit, cum seipsum in cruce Deo Patri obtulit. Quatuor porro suo hoc sacrificio Redemptor Iesus spe-  
ctauit; duo quidem ad Patrem æternum referebantur, ex infinito quo eum prosequebatur amore, nata: alia duo ad homines spectabant, quos etiam, Patris sui causa, eximio amore complectebatur. Supremam ergo Patris sui maiestatem spe-  
ctans, infinita quadam ratione illi placere satagebat, quod cum in omnibus facere studebat, dicebat, Ego quæ placita sunt ei (Patri meo Ioan. 8.) facio semper. ac proinde vicissim illi Pater responde-

## 82 SPIRITALIS

pondebat, veluti hanc filij sui  
voluntatem ac parendi deside-  
riū gratanter acceptans. Mat.17  
*Hic est filius meus dilectus, in quo*  
*mihi bene complacui, qui quantus*  
*quantus est, mihi per placet. Di-*  
*cebat deinde Saluator ipse in*  
*corde suo, Offero me diuinæ*  
*Maiestati tuæ in cruce, Pater ad*  
*gloriā, honorem, voluntatē, &*  
*beneplacitum tuum; et, si alium*  
*hæc mors mea non esset allatu-*  
*ra fructū, quā vt ex ea sola tui*  
*glorificatio nominis & bene-*  
*placentis voluntatis tuæ execu-*  
*tio sequeretur, eodē planè mo-*  
*do me offerrē, quo me iam offe-*  
*ro. Ad eundē etiam modū, cum*  
*ad dicendā Missam aut audien-*  
*dam*

THESAVRVS MISSAE. 83

dam me accingā, in corde meū  
ipse dicā: Cupio tibi, Domine  
ad filij tui carissimi imitationē,  
satisfacere, complacere, tibique  
offerre rem, quæ infinitam tibi  
voluptatem afferat, cùm tibi sa-  
cratissimum hoc offero sacrifi-  
cium, (quod est meum, cùm id  
ipse mihi dederis) ad solam glo-  
riam & honorem tuum, & vt id  
tibi in voluptatē & gaudiū ce-  
dat, quia ipse es qui es; & quoniā  
hocce sacrificiū, in quo Dei fili-  
us homo factus offertur, huius-  
modi est, vt nō modò Deus Pa-  
ter eodē delectetur & gaudeat,  
verūm etiam per ipsum & in i-  
pso fecerit, facturusq; sit sāctos  
omnes sibi longè gratissimos,  
vt testatur de illorum numero

vetus, Apostolus Paulus dicens:  
Ephes. i. Gratificauit nos in di-  
lecto filio suo. Quamobrem Do-  
mine vna cum sacratissimo filii  
tui corpore offero tibi & meum,  
vna cum eius anima meam, cum  
eius memoria, intellectu & vo-  
luntate meam, cum illius ocu-  
lis, auribus, lingua etiam meam;  
ut deinceps haec meae potentiae  
& sensus idem operentur quo  
Christi, ego cogitem quod ipse  
cogitauit, amem & velim quod  
ipse amavit & voluit, oculi mei  
videantuti videbant ipsius, lin-  
gua loquatur, quod loqueba-  
tur ipsius, manus etiam tangui  
quod illius tetigerunt, denique  
e Christo & e me non nisi un-

qui

THE SAVRVS MISSAE. 85  
quid confletur, vt verè dicere  
queam illud, quo tantopere  
gloriabatur Apostolus Gal. 6.  
*Vivō ego, iam non ego; vivit verò in  
me Christus.* Ideo vt sacerdos,  
dū ab altari reuertitur, & Chri-  
stianus à templo, post auditum  
sacrum, aliis longè domum re-  
deat, nec iam is, qui esse solebat;  
sed vt omnis eius vita & opera  
Christi Domini vitam operaq;  
imitentur. Ecce, quanta muta-  
tio ire scilicet ad altare aut té-  
plum cum corde hominis, &  
forsitan mali, & domum cum  
corde Dei redire; loqui antè,  
(fortè iurando, mentiendo, &  
maledicendo,) vt homo, &  
reuerti eum qui loquatur vt

H

Chri-

ens:  
di-  
Do-  
filij  
neū,  
cum  
.vo-  
ocu-  
eam;  
entia  
quo  
d ipse  
quod  
li mei  
is, lin-  
queba  
angū  
eniqu  
si vn  
qui

## 86 · SPIRITUALIS

Christus. Hic scilicet est fructus  
cum quo è templo redire oportet. Secunda intentio, quam in  
cruce Christus respectu Patris  
sui æterni habuit, fuit ista. Intu-  
ebatur scilicet eū velut vniuer-  
salē Angelorum simul & homi-  
num benefactorem, à quo, ceu  
fonte quodam perenni, proma-  
nāt & pro manatur e sēt omnia,  
quę vel habēt vel sperāt, naturę  
gratiæ ac gloriæ bona: hinc san-  
ctissimaeius anima, velut caput,  
omnes Patri suo acceptos red-  
dere contendebat, & pro iis  
dem glorificare. Quocirca secū-  
dum hoc hęc in corde suo Chri-  
stum similiaue dixisse fit veri-  
mīle: Hoc tibi, Pater æterne,  
offe-

THE SAVRVS MISSAE. 87

offerо sacrificium, in agnitionem & gratitudinem omnium beneficiorum tuorum, & vt ipse debitas hinc gratiarum recipias actiones ac laudes; ac propterea sacrificium hoc sacrificium laudis dicitur. Eodem etiam modo sacerdos Missam celebraturus, & Christianus quislibet eamdem auditurus, in corde suo Deo dicat: Agnosco, Domine, à diuina manu tua, me omnia quæ habeo naturæ, gratiæ & quæ spero gloriæ bona, receperisse, quin & alia multa particularia, quæ in me contulisti, & à malis me plurimis conservasse; pro his inquam omnibus in gratiarum merito

H 2

actio-

## 88 SPIRITUALIS

actionem tibi sacratissimū hoc  
offerō sacrificium , & me vnā  
cum ipso, vt ipse meā vtaris o-  
pera, faciendo de me prout pla-  
cuerit, ac veluti de re tua ad vo-  
luntatem tuam & beneplacitū  
disponendo . Alias duas inten-  
tiones in crucem Christūs tulit  
quoad proximum . Prima fuit  
hæc , ex infinito quo homines  
prosequebatur amore, assump-  
tit in se onus pro eorum omni-  
um peccatis satisfaciendi , quo-  
rum se ipse debitorem consti-  
tuit : hinc dum ad passionem  
contendebat, sic in corde eum  
ad Patrem suum æternum locu-  
tum fit tali modo . Offero diui-  
næ maiestati tuæ Pater sangu-  
nis

THESAVRVS MISSAE. 89

uinis mei pretium, idque in humanorum delictorum solutionem. Quod autem haec illius fuerit intentio, ipse met Saluator testatus est, dum in calicis consecratione sic ait: Matth. 26. Marc. 14. Luc. 21. *Hic est calix sanguinis mei, noui & aeterni testamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Dicit, pro multis quantum ad remedij efficaciam; neque enim id omnibus sed multis profuit, id est omnibus, qui id sibi applicare volunt. Verum quoad sufficientiam, etiam ad infinitos mundos redimendos sufficiens continetur in sanguine Iesu Christi pretium. Sic ergo

H 3

& fa-

## 90 SPIRITUALIS

& sacerdos celebraturus, & fi-  
delis Missam auditurus, faciant.  
Primò sacrificium hoc consi-  
deret velut rem suam, cùm id il-  
li à Patre æterno, quin & ab ip-  
so filio datum sit: sibi enim Pa-  
ter eo opus nō habebat, & Chri-  
stus (vt docet Apostolus) in va-  
num moriturus non erat. No-  
bis natus, nobis datus, canit et-  
iam Ecclesia. Deinde cū sacri-  
ficium hoc sanctissimum, velut  
quid suum considerarit, cū Deo  
sic ratiocinetur, & in corde suo  
dicat. Quot tibi delictorū Do-  
mine debit is deuinctus sum? an  
centum, mille, bis mille? De-  
bitum confiteor, quod sanè ma-  
non parū afficit: in primis quod  
te offenderim, qui talis tantu-

THESAVRVS MISSAE. 91  
que es; ac firmiter mecum pro-  
pono numquam te posthac am-  
plius, etiam quamcumque ob-  
causam, offendere; quapropter  
in satisfactionem pro peccatis  
meis omnibus sanguinis huius,  
(qui meus est, cum ipse & filius  
tuus eum mihi dederitis) preti-  
um accipe, hinc tibi sume quan-  
tum ad solutionem sufficiat,  
cætera verò pars ad me redeat.  
Hæc consideratio per fidem a-  
nimata maximam afferre con-  
solutionem nata est, cum tam  
sufficientem, certam, & quidem  
quotidie, pro peccatis nostris  
solutionem habeamus. Quan-  
ti verò sit vel vnius peccati le-  
galis remissio, à dæmonibus

H 4

& à

## 92 SPIRITUALIS

& à damnatis plerisque, ob vnicum peccatum lethale ardentes, & in omnem æternitatem arsuris, petamus. Adeò ut, cùm Deus peccatum aliquod mortale nobis condonat, non minus nobis beneficium det, quā si nos inferno eriperet. Inde igitur colligamus licet, quantum commodi vel vna nobis Missa afferat, ipsam si nobis applicare nouerimus, cùm in ea non vnius sed omnium peccatorum nostrorum remedium ac remissionē habeamus. Quarta intentio, & secunda quantum ad proximum, qua se Redemptor Iesus ad mortem obtulit, fuit hæc, promereret scilicet

THE SAVRVS MISSAE. 93

licet nobis spiritum sanctum, &  
diuinum hocce donum à Patre  
impetrare. Adeò vt, postquam  
remissis culpis Deo reconcilia-  
ti iam sumus, aliud nobis dees-  
se non videatur, quam spiritus  
sancti abundantia, ad viuen-  
dum vti Christus vixit, & Apo-  
stoli, & reliqui sanctorum, qui  
eundem receperunt. Christum  
porro Dominum hac intentio-  
ne ad passionem iuisse, ex eius  
ad Apostolos verbis fit manife-  
stum. Ioah. 16. Expedit, inquit,  
vt ego vadam ad Patrem, id est  
moriar: si enim non abiero, Para-  
clitus non veniet ad vos, si autem  
abiero, mittam eū ad vos. Sic itaq;  
& sacerdos celebraturus, &  
fidelis

94 SPIRITUALIS  
fidelis sacra auditurus, in corde  
suo ad Patrem æternum dicat:  
Post delictorum veniam iam ac-  
ceptam Domine, spiritu tuo o-  
pus habeo, ad viuendum scili-  
cet, ut filius tuus vnigenitus vi-  
xit. Offero igitur diuinæ maie-  
stati tux in altari filiū hunc tu-  
um pretiosissimum, qui meus  
est, idque in commutationem  
cum spiritu sancto: hunc mihi  
pro illo & pro infinitis eius me-  
ritis dona, ut secundum volun-  
tatem & sanctum beneplacitum  
tuum posthac viuam. Da mihi  
spiritum humilitatis, obedi-  
tiæ, caritatis, omniaque spiritu  
sancti dona & fructus, vna cum  
ipso, ut in omnibus tibi place-

cor

THE SAVRVS MISSA E. 95  
re , seruire & amare te elabo-  
rem.

Vltima præparationis huius  
pars consistit in anima ador-  
nanda , vt nimirum sine vlla  
confusione ac rubore sistere se  
Deo in sacro altari & in templo  
sancto eius possit . Pudorem sa-  
nè & ruborem incutit , & ijs ,  
quibus oculi sunt ad viden-  
dum , sufficientem sensus , do-  
loris , lacrymarumque materi-  
am suggerit , nimia illa anxietu-  
do & tempus , illud quod in  
se adornanda comendaque  
mulier aliqua insurait , dum  
vel ab æqualibus visitanda ,  
vel illas ipsa visitatura est .  
Tot enim horis ante speculum  
se con-

rde  
cat:  
nac-  
o o-  
cili-  
s vi-  
naie  
c tu-  
meus  
onem  
mild  
us me-  
olun-  
citum  
a mihi  
edien-  
piritu  
na cun-  
place  
con-

## 96 SPIRITALIS

se constituit, toties se specula-  
tur, videt & peruidet, ut vel al-  
teri mulieri placeat, quæ no-  
minus vana est quam ipsa: econ-  
tra verò exiguum illud, ut  
potius nullum, tempus, quo  
in se componendo adornando  
que Christianus insumit, ut vi-  
sitatum abeat Deum in templo  
sancto suo; eiusque diuinis oca-  
lis se sicut, omnium verò de-  
terrimum, hancce rem tam par-  
ui fieri ac vili pendi, ut forti-  
vix vnum de mille sit reperi-  
qui de se antè componendo sol-  
licitus sit, imò eius ne recorde-  
tur quidem, quam Regem re-  
gum in aula sua, id est templo  
visitatum abeat. Et est fan-  
mira-

THESAVRVS MISSAE. 97  
mirandum & dolendum, tam  
parum de hac re in cathedris  
cœtus fidelium commoneri, vt  
doceantur nempe, quò & ad  
quid se conferant, quando sa-  
crum audituri domo exeunt.  
Sacerdotes quoque ad altare à  
lecto, vel fortè à foro, se con-  
ferre, nulla alia præmissa consi-  
deratione aut præparatione,  
quam quòd horas fortè negli-  
gēter percurrerint, res est sum-  
mopere reprehendenda. Vbi  
ergo Christum Dominum in  
augustissimo hocsacrificio, cum  
ijs quas iam antè posuimus in-  
tentionibus obtulerit celebra-  
turus, aut Missam auditurus,  
animam suam componere &

I adori-

## 98 SPIRITUALIS

adornatè incipiat, crucifixum Christum sibi ante oculos ponendo, speculum in quam illud sine macula. Hoc in speculo intueatur, quæ animam suam coinqüinent maculæ, easque auferre studeat; oculorum scilicet leuitatem, verba otiosa, mendacia, iuramenta, maledictiones, murmurationes linguae, inordinatos affectus & appetitus cordis, eosque exuat. Consideret virtutes quæ sibi defunt, easque animo suo inserere studeat. Singillatim vero fidem excitare & accendere connectur, dicens in corde suo, firmiter & indubitate credo, Iesum Christum, Redemptorem

THESAVRVS MISSAE. 99  
rem nostrum, in sanctissimo  
hoc Sacramento præsentem ad-  
esse, eumque à me iam iam vel  
recipiendum, vel alloquendum,  
& abire me vt necessitatibus  
meis aliquod leuamen ab illo  
efflagitem Addat & spem, di-  
cendo, Ab hoc Domino pec-  
catorum meorum veniam, per-  
seuerandi gratiam, mortem  
beatam, & deinde gloriam  
spero. Adiungat caritatem di-  
cendo, Cupio tibi Domine &  
exopto bonum omne quod  
habes, quod est infinitum, vt  
scilicet æterni, immensi, infi-  
nitæ Dei sis filius, summa & æter-  
na bonitas, sapientia, gloria; id-  
que cupio amore tui, & vt tibi

I 2

ali-

aliqua ratione gaudium affe-  
ram, etiam proximis, amicis &  
inimicis, non secus ac mihi, ijs-  
que hoc ipsum à te posco quod  
mihi, etiam omnium mandato-  
rum tuorum, vti & Ecclesiaz  
tuæ, obseruationem. Adiungat  
& verum de peccatis dolorem,  
dicens : penitent me Domine  
quòd te, qui tantus & talis es,  
offenderim, firmiterque me  
cum statuo ob ullam rem cre-  
atam numquam te offendere.  
**A**d eumdem modum excitet in  
anima sua, humilitatem, obe-  
dientiam, patientiam, mansue-  
tudinem, spiritumque sanctum  
oret, vt, sicut in incarnationis  
Dominicæ die sanctissimū cor-

THESAURVS MISSAE. IOR  
pus & animam Beatissimæ Vir-  
ginis omnibus hiscediuinis do-  
nis præparauit, vt dignum filij  
Dei habitaculum effici merere-  
tur, sic & modò cœlo descen-  
dat eidem Domino, quem re-  
cepturus es, domum præpara-  
turus, eiique cum Dauide dicas,  
Psal. 143. *Inclina cælos tuos, Do-*  
*mine, & descende. Aequo proli-*  
*xiores in hac præparatione fui-*  
*mus, eo quòd magna fructus,*  
*quem animabus nostris sacra-*  
*tissimum hoc sacrificium adfe-*  
*ret pars ab eadem haud dubiè*  
*dependeat: & quoniam Sacer-*  
*dotes & reliqui fideles sine vl-*  
*la præparatione, sed tantùm è*

I 3

con-

102 SPIRITUALIS

consuetudine, ad Missam cele-  
brandam audiendamque, vel  
ad sacram communionem ab-  
eunt, hinc, nihilo emendatio-  
res à templo communione  
recedunt, nullo fructu  
spirituali perce-  
pto.

CA

C A P V T . X.

S A C E R D O S I N C E L E B R A N -  
d o n i m i u m n o n s i t b r e u i s , n e c q u i  
M i s s a m a u d i t , t a l e m e u m  
e s s e d e s i d e -  
r e t .

E S T q u i d i n M i s s a t a m d i -  
c e n d a q u à m a u d i e n d a n ò  
m i n ù s c o m m u n e q u à d e -  
p l o r a n d u m , & m a x i m a c o m p a f -  
s o n e d i g n u m , q u o d m e o i u d i -  
c i o , a b e x i g u a c i r c a m y s t e r i u m  
h o c s a c r u m f i d e , & p a r u a e o r ú  
q u à e i n i p s o a g u n t u r c o n s i d e -  
r a t i o n e & m e d i t a t i o n e n a s c i t u r .  
Q u o d , s c i l i c e t , s a c e r d o t e s c o -  
m u n i t e r i n M i s s a c e l e b r a n -  
d a b r e u e s a d m o d u m s i n t , &  
I 4 qui

## 104 SPIRITUALIS

qui eam audiunt, eos inquirant  
& feligant, qui quām breuissi-  
mē eam decurrant, cumque cu-  
piant omnia quæ placita sunt,  
& aliquam voluptatem afferūt,  
longè extendi, & diu durare, in  
sola Missa festinationem secten-  
tur, & eam quām citissimē de-  
curri cupiant. Longum quæ-  
rimus conuiuium, longum lu-  
sum, longam conuetsationem  
somnum productum, solam  
Missam quærimus breuem.  
Placet diu cum amico, cui us  
nobis conuersatio arridet, con-  
uersari; nescio cur non ut talem

I E S V M C H R I S T V M  
habeamus, cuius delitix sunt:  
conuersari & esse cum filijs  
ho-

THE SAVRVS MISSAE. 105  
hominum , id fieri idcirco  
dicam, vel quia non satis bene  
perspectum habemus bonum  
quod ab eius nobis familiarita-  
te procedit , vel quia illius no-  
bis conuersatio tædiosa est &  
grauis . Non hoc tamen specto  
aut desidero , vt sacerdotes in  
Missa dicenda nimis prolixii  
sint & tardi , saltem quando  
non priuatim , sed publicè ce-  
lebrant . Si tamen sacræ cere-  
moniæ cum debita grauitate &  
reuerentia seruandæ & pera-  
gendæ sunt , & legenda omnia  
ita ut intelligantur , sanè quid-  
quid ad medium horam com-  
pletam Missæ lectæ defuerit,  
velut altari detractum reputa.

R. orz

Recordetur porrò, tam à parte  
sua sacerdos sacrum celebrans,  
quàm audiens à sua, ire se ad  
sanctum altare & templum, ad  
tractandum cum Deo, & ad  
audientiam à diuina eius maie-  
state petendam, vt de maximi-  
momenti negotijs ibidem agat.  
Notet verò, an non, si quan-  
do regem adit, cùm eo de re  
aliqua tractaturus in qua de  
rei familiaris vel honoris in-  
cremento aut tutione aliquate-  
nus agitur, volupe sibi futurum  
sit, si diu rex se alloquatur, feli-  
cem ita rerum suarum succes-  
sum sperando. Meminerit  
verò se ad altare accedere id  
officij exercitatum, quod ip-  
se Re-

THESAVRVS MISSAE. 107  
se Redemptor Iesus Christus  
assumpsit, mediatoris inquam  
Deum inter & homines, &  
tractaturum de rebus in qui-  
bus Patris æterni gloria con-  
trouertitur, vti testatur ipse  
Iesus duodecennis, dum in tem-  
plo ad hoc remansit, Luc. 2. In  
ijs quæ Patris mei sunt, oportet  
me esse, atque hoc pacto vo-  
luntatem illius me adimplere.  
atque hæc est animarum san-  
ctificatio, iuxta illud Aposto-  
li: Hæc est voluntas Dei, san-  
ctificatio vestra. Nusquam ve-  
rò hecce melius sanctificatio ex-  
ercetur, quā in sacro missæ my-  
sterio, vbi sacerdos de vniuersità  
li Eccle. agit bono, de peccatorū  
suum

suorum remissione & omnium  
Missæ assistentium, de anima-  
rum in Purgatorio ardentium  
redemptione, Dei visione tam-  
diu priuatarum donec plenè  
vel ipsæ satisfaciant, vel pro ijs-  
dem satisfiat; illas autem vel  
die vno, imò vel hora frustrari  
quâ videre Deum prohibeantur,  
maxima illos est iniuria &  
molestia afficere: cùm melius  
sit vel vna hora Deum cernere  
quàm omnibus mundi bonis &  
voluptatibus potiri: nā melior est  
dies vna in atrijs Domini super  
millia: Psalm. 83. potior est dies  
vna gloriæ in domo Domini,  
quâ mille in maximis affluen-  
tissimisq; mundi voluptatibus

Videa

THESAVRVS MISSAE. 109

Videat ergo ob reuerentiā Domini, coram quo in eius altari & templo consistit, cum hæcta- lia sint quæ festinanter, obiter, præcipitanter tractanda sint, ut media propè verba deuoretur, non sine mediocri maiestatis Domini, qui cum agitur con- tēptu. Nec verò & qui Missam audit, ea vt breuis sit, velle debet, nam & rem eius agit sacerdos; nisi fortè solus ipse pecca- ta non habeat, quorum à Deo venia petatur, nec gratiæ eius donis opus habeat, quæ illi in Missa petuntur. Obseruet pro- inde Sacerdos sacras cæremo- nias; signa sacra tractim & cum debita grauitate quæ peragat,

K

clara

110 SPIRITUALIS

clara legenda sunt voce, distin-  
ctè pronunciet, vt illa à populo  
intelligantur. Hinc & Epistola  
& Euangeliū, & alia in sacris  
maioribus decantantur, vt au-  
diantur & percipientur : que-  
verò submissâ voce leguntur,  
cum affectu & sensu pio decur-  
rat, ad instar mendici poscentis  
eleemosynam, ac velut qui se-  
cretò cum Deo loquitur; atque  
ita semihoram Missæ impen-  
det, quod Missæ minus  
solemni legendæ tem-  
pus conuenire  
videtur.

CA.

THESAVRVS MISSAE. III

CAPVT XI.

MISSA VIVA E S T O M-  
nium miseriарum humanarum,  
quin & totius vitæ Iesu Christi,  
qui ijsdem auxilium venit al-  
laturus, repræsentatio.

**E**x ijs quæ sensus exterio-  
res, & imprimis oculos &  
aures summoperè oble-  
ctant, non vltimum obtinet lo-  
cum comœdia quæpiam, aut  
viua rei alicuius repræsentatio  
& ad naturam quàm proximè  
accedens. Hacce oblectatione  
in tantum homines capiuntur,  
vt quāuis cœmedi maximè sint  
infames, & parū plerūq; honesti

K 2      viri

CA-

III SPIRITUALIS

viri tamen non secus ac mulieres noctu & interdiu illos frequentent, exiguum illud oblectamenti, quod dant, ære etiam suo redimentes; quin adeò nonnquam illo capiuntur, ut binæ & ternæ diei, ac sæpè etiam noctis, horæ, quam breuissimæ videantur, dum comœdiae intersunt, in qua tamen non raro cum maximo animarum dilectione versantur. Si fidei lumine & viua consideratione & continua sacri Missæ mysterij meditatione cōsideraremus, in vniuerso eius decursu, mundi miseriam, & eam in quam omnes per peccatum procidimus, & simul eiusdem per Redemptorem

THESAVRVS MISSAE. II<sup>3</sup>  
ptorem Iesum Christum abla-  
tionem ad viuum maximè ex-  
hiberi, & in tot velut theatris  
quot sunt tempла, ad Campa-  
næ pulsum, suprà dicta ita viuè  
& naturaliter repræsentari, vt  
ipsem Saluator Iesus laruatus  
quodammodo prodeat ad re-  
præsentandum & mcmoriæ no-  
stræ obijciendum quid ipsi si-  
mus, & quid ipse pro nostri li-  
beratione fecerit & passus sit;  
maiori forte desiderio ac gustu  
spirituali ad huismodi repræ-  
sentationē cōflueremus. Vna è  
præcipuis Iesu Christi in my-  
sterio hoc instituendo inten-  
tionibus, fuit, vt ipsum in sui  
commemorationē fieret & re-

K. 3

præsen-

114 SPIRITUALIS  
præsentaretur. Vnde sic Apo-  
stolis præcepit, & in illis omni-  
bus omnino Sacerdotibus: In  
Canon. Missæ I. Cor. II. Hoc quo-  
riescunque feceritis, in mei memo-  
riam facietis, & eorum quæ ipse  
pro vobis & feci & passus sum.  
In cōfessione etiam prōœmiali  
miseria repræsentatur, in quam  
per peccata prolapſi sunt ho-  
mines, quæ tum Sacerdos, tum  
ipſimet conſitentur, culpam ag-  
noscendo, & eius veniam, ſimul  
& gratiam, & gloriam, quibus  
omnibus tātopere indigemus,  
ſperando. Nam, vt dicit Apo-  
ſtolus Rom. 3. Omnes peccalle-  
runt, & egent gloria Dei. In va-  
rijs item Missæ locis (vti inſtrā-  
dicitur) veterum patrū Deum

THESAURVS MISSAE. IIS  
incarnatum in mundo ambu-  
lantem videre desiderantium,  
vota repræsentantur, Prophe-  
tarum quoque prædicatio, in-  
carnatio, natiuitas, & reliqua  
vitæ Iesu Christi series ad usq;  
30. vitæ eius sanctissimæ annū,  
prædicatio & miracula, ultima  
Cœna, mors & resurrectio, A-  
postolorū prædicatio, illustria  
ité Martyrum, Pontificū, Do-  
ctorū, Cōfessorum, Virginum,  
reliquorumque Sanctorum, qui  
in Ecclesia Dei fuere, gesta. Vi-  
de, an non hæc comœdia & re-  
præsentatio digna sit quæ audia-  
tur & videatur, tum verò ma-  
gis, quod in ea omnia Redemp-  
toris nostri merita nobis gratis

K 4 den-

## 116 SPIRITUALIS

dēntur & applicentur, & tantā  
tamq; illustriā sanctorum ex-  
empla ad imitandum æmulan-  
dūmque nobis proponantur,  
tam in ijs quæ propter Diui-  
num honorem fecerunt & passi-  
sunt, quam ijs quibus pro-  
pter eundem, seruatur;  
& in æternum fru-  
entur;

CA

THESAVRVS MISSAE.II<sup>7</sup>

CAPVT XII.

DE IIS QVAE IN MIS-  
sa inueniuntur tam ad Dei optimi  
maximi gloriam, quam com-  
modum nostrum spectan-  
tia.

Q Vi filiali animo & spiri-  
tu Dominum colere, a-  
mare, & seruire volunt,  
duo duntaxat desiderent opor-  
tet. Pimum & præcipuum est,  
huiusmodi patris gloria , ho-  
nor & magnificatio : alterum  
sustētatio & necessitatum pro-  
piarum leuamentum ac reme-  
dium, quod à Diuina eius pro-  
uiden-

K 5

antā  
ex-  
ilan-  
tur,  
Diui-  
passi-  
o-  
;

CA

uidentia dependet. Quidquid  
in hoc genere desiderari po-  
test, in Missa singulari quadam  
ratione inueniemus, idq; quin-  
que in rebus, quas cōtinet; dux  
ad diuinā gloriam, tres ad no-  
stram spectant salutem & auxi-  
lium. Deo debemus sacrificiū,  
quo adoretur & colatur pro eo  
quod est, & ob infinitam esse  
sui supremi & Maiestatis glo-  
riam. In Missa illud, tale & ita  
reperimus, vt eo ipso tantū Deo  
cultum & honorem deferamus,  
quo nullus ei dari in terra ma-  
ior potest; protestando, illius  
Maiestatem, & magnitudinem  
tantam esse, quæ digna sit, quæ  
tali sacrificio honoretur, in quo  
non

THE SAVRVS MISSÆ. 119  
non vita aut sanguis hircorum  
aut vitulorum, sed vnigeniti fi-  
lii eius vita, quæ pluris longè  
valet, quam omnium simul &  
Angelorum & hominum vita;  
& pretiosissimus Agni Dei san-  
guis, cuius vnica gutta rebus  
omnibus creatis longè dignita-  
te præpôderat, offertur. Hic re-  
gi cælesti in meméto Missæ, il-  
lustria offeruntur obsequia, quæ  
illi Iesus Christus olim præsti-  
tit, qui noster est pater, eò quod  
sit pater scilicet futuri sæculi, vt ait  
Isaias Isai. 9. vt rex ipse cæli  
ea soluat, ob hæc ipsa in fi-  
lios suos cōferendo gratias, vti  
hic accidit; quod est & maximè  
ordi-

ordinarium & frequens, & regum magnificentiâ non minus dignū, vt è liberalitate sua soluant stipendia filijs, pro obsquijs quæ patres illorū sibi impéderunt. Qui porrò filij patribus magis legitimi, quam Iesu Christo Domino suo Christiani, de quibus apud Ioannem legimus: *Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* verbo eius Diuino procreati, & in baptismo regenerati? Habent igitur illi quotidie obsequia Patris sui Iesu Christi, que sunt ad soluendum, vt eadem patri cælesti offerantur, qui eadem magni facit, & grata habet.

Dix

THESAVRVS MISSAE. 121

Dixi esse ad soluendū, eò quòd Christus Dominus, sibi ijs opus nō habuit, & quia, eò quòd sint infinita ob multa gloriæ dona, quæ pater æternus ele-  
Etis omnibus vsq; ad diem ho-  
diernum dedit, & hinc vsq; ad  
iudicij diem & per totam æter-  
nitatem daturus est, erunt sem-  
per ita integra ac solida, quasi  
nullam illi pro illis mercedem  
accepissent. Alterum quod in  
Missa ad Dei honorem spectās  
reperitur, sunt laudes, & gratia-  
rum actiones pro omnibus ip-  
sius beneficijs, quæ ei tum in  
*Gloria in excelsis Deo*, in præfa-  
tione, tum communiter in Mis-  
se Introitu, Gradualibus, Of-

L fer-

& re-  
minus  
a sol-  
obse-  
oi im-  
patri-  
n Iesu  
ristia-  
nem  
inibus  
que et  
sunt,  
reati,  
? Ha-  
obse-  
ti, que  
adem  
ui ea  
habet  
Dix

fertorio, & postcommunione  
deferuntur. Ad nostrum ve-  
rò commodum & salutem, tria,  
inæstimabilem afferre fructum  
nata, in Missa inuenimus. Pri-  
mum, multas petitiones ab Ec-  
clesia à Spiritu sancto inspirata  
ordinatas, quæ, quoniam in no-  
mine & per merita sponsi sui  
Iesu Christi sponsa patri pro-  
ponit, facile exaudientur. Secū-  
dum, in Epistola, Euangeliō,  
*Credo* doctrinam habemus cæ-  
lestem, tam illam quæ ad lucem  
refertur, quâ intellectus noster  
opus habet, ne in fidei rebus er-  
ret, quam illam, quâ ad vitæ  
directionem, morumque no-  
strorum emendationem indi-  
gemus.

THESAVRVS MISSAE. 123

gemus. Tertium, panis est vitæ,  
ad nostri sustentationem da-  
tus, qui postquam in sacrificio  
in Patris cælestis honorem iam  
oblatus est, nobis in sacra-  
mento relinquitur, eum vt come-  
damus, eiusque adminiculo vi-  
tam viuamus filiorum Dei. Ec-  
quæ Indiarum regna sunt adeò  
opulenta, vt vnicæ Missæ, si mo-  
dò oculos haberemus ad inæ-  
stimabiles diuitias, quæ eâdem  
comprehenduntur, perspicien-  
das. E quinq; autem iam com-  
memoratis quatuor præterea-  
mus, vtpote quorum dignitas  
& pretium verbis exponi dig-  
nè nequeūt, & verbo dicamus,

E      2      quan-

quantum Christi Domini valeat doctrina, quæ in Missa nobis traditur, eò quòd verbum scilicet diuinum sit. De illa Redemptori S. Petrus ait: Ioannis 6. *Verba vitæ æternæ habes; & ipse Dominus de se dixit: Verba, quæ ego loquor vobis, spiritus & vita sunt.* E quibus duobus testimonijs colligitur, quodque Iesu Christi verbum, in corde seruatum, vitam æternam operari. Tot ergo verba quid erunt aliud quam vita, & plus quam vita, ut adimpleatur quod de suis ipse ouibus olim ait, Ioannis 10. *Ego veni ut oves meas vitam habeant, & abundantius habeant.*

CA-

CAPVT XIII.

MISSAM E S S E V E L V T  
opiparam mensam, omnis generis  
cibis instructissimam, vt ijs  
fideles vescantur.

**S**i quis quotidie mēsæ Prin-  
cipis alicuius assideret, in  
quā multa & varia lectissi-  
maque fercula inferrentur, ex-  
quisitissimè omnia condita &  
parata, vt vel solus illorū aspe-  
ctus & olfactus appetitum ex-  
citaret, etiam ei qui eūdem de-  
prauatum admodum haberet;  
& ab alia parte hunc ipsum vi-  
deremus exhaustum, debilem,

L 3 ma-

macilentum, quin imò fame  
pereuntem; diceremus haud du-  
biè, hunc comedere nolle, sed  
satis illi esse, cibos solum per-  
spicere, olfacere, & coquum di-  
laudasse, qui tam præstans illis  
dare condimentū potuerit. Ac-  
cidit hoc ipsum plurimis, Mis-  
sam & celebrantibus & audien-  
tibus, & in eadem, mensæ cum  
principe cælorum assidentibus,  
qui vitæ cibos in ea illis appon-  
iubet; qui tametsi tā splendide  
lautæq; mensæ accūbant, à gra-  
tia tamen & virtutibus quæ ab  
eadē nascuntur (quæ sunt bona  
animæ, valetudo, robur, & sani-  
tas) parū repleti abeunt: cuius  
rei alia dari causa nequit, quā  
quòd cibos non gustent, etsi

THESAVRVS MISSAE. 127

mensam frequētent: quare mi-  
rum non est, fame illos emori.  
In Missæ mēsa vnum è ferculis  
est confessio; fructum hæc affe-  
ret, si prout oportet, comedan-  
tur: aliud sunt orationes, peti-  
tiones, collectæ, aliud doctrina  
epistolaris, Euangelij, Symboli  
Apostolorum; aliud *Kyrie elei-*  
*son & Gloria in excelsis*; aliud of-  
fertorium, & aliud consecratio  
& sacratissimi corporis & san-  
guinis Domini nostri I E S V  
Christi Deo patri oblatio; aliud  
*Agnus Dei* & communio; aliud  
Euangelium S. Ioan. quod ve-  
lut bellaria per totum annum  
in singulis Missis apponitur.  
Cibi hi sunt vitæ & à Spiritu

L. 4

fan-

sancto parati & conditi, qui suū  
singulis obsonium & condimē-  
tum inspergere nouit; nobis ve-  
rò ipsis adscribendū est, quòd  
mensæ assideamus, & inani sto-  
macho ab eadem surgamus. Hic  
nobis inter alia apponitur vi-  
tulus ille saginatus, quem pater  
mactari iussit, vt filio prodigo  
hinc lautitas pararet, vti San-  
ctus Lucas 15. refert. Quis au-  
tem vitulus ita saginatus, & cor-  
pori ita sapidus, vt animæ Iesus  
Christus in altari oblatus, in  
qua tres reperire est substan-  
tias? Prima est corporea, corpo-  
ris nempè illius sacratissimi,  
quod quia à tali anima, qualis  
est illius, informatum est, &  
yiuifi-

THESAVRVS MISSAE. 129

viuificatum, pluris valet, quām  
reliqua bona corporalia, quæ  
Deus aliquando condidit; &  
quia Verbo diuino vnitum est  
sub vna hypostasi, pluris longè  
est, quām homines simul & An-  
geli omnes, & virtutem habet  
vniuificandi & sanctificandi ani-  
mas. Secunda est, sanctissimæ e-  
ius animæ, in qua omnes Altif-  
simus diuitias & thesauros gra-  
tiæ, sanctitatis, sapientiæ, pote-  
statis, gloriæ, quæ Deo in om-  
nem æternitatem hinc resulta-  
bit, recondidit. Adeò ut nulli  
creatæ substantiæ, nec etiā cre-  
andæ in omnem æternitatem  
plura Deus vñquā eorum quæ  
extra se communicat, commu-

L 5 nica-

nicaturus sit, quām sanctissima  
Christi anima in se habuit. Ter-  
tia est, diuina verbi substantia,  
atq; hæc omni intellectui crea-  
to infinita est; hinc nō immer-  
tò ipsemet Redemptor panem  
hunc diuinum Matth. 6. *super-*  
*substantiam* nominauit, id est  
panem substantiæ plusquā na-  
turalis & creatæ, quòd diui-  
næ cuiusdam sit substantiæ, eò  
quòd verbum diuinum eo cō-  
tineatur. Quamobrem conclu-  
dens dico, eum, qui mensæ huic  
accūbendo, de diuino hoc cibo  
prout oportet, comedet, bene  
pastum & benè habitum ab ea-  
dem surrecturum. Ceterum de-  
operam, ne eundem in stoma-  
chum

THESAVRVS MISSAE. 131  
chum traijciat non benè masti-  
catum, & integrum, velut ama-  
ricantes quasdam pilulas, sed  
eundem, ceu animal mundum  
assidua meditatione ruminet;  
nam hæc iusti velut os est, iux-  
ta illud Psalmographi, Psalmo  
36. *Os iusti meditabitur sapien-  
tiam*, id est, iusti intellectus  
& mens meditatur & ruminat  
diuinæ sapientiæ cibum. Ad  
hanc doctrinam referri queat,  
commonere fideles, melius ef-  
se non orare in Missa vocali-  
ter, sanctam hanc & bonam  
deuotionem in aliud tempus  
referuando; sed vt ad singula  
Missæ membra attendant ad  
cibum qui in ijs proponitur,

\* eum-

lma  
Ter-  
ntia,  
crea-  
neri-  
anem  
super-  
id est  
ā na-  
diui-  
iæ, eò  
eo cō-  
onclu-  
e huic  
c cibo  
, benè  
ab ea-  
m de-  
tomæ  
chum

132 SPIRITUALIS  
eumque comedant, & commo-  
dum ex eo aliquod eliciant, idq;  
eo modo quo mox dicetur, aut  
alio meliori, si occurrerit,  
& ad maiorem deuo-  
tionem mentem ex-  
citarit.

## CAPVT XIV.

### DE CONFESSIO *ne Missæ.*

**C**onfessio quam Sacerdos  
& populus instituit, ante-  
quam ad altare accedat,  
est introductio quædā ad Mis-  
sam, ac velut anteambula, ante-  
quam Dei donum ingrediatur  
cum

THESAVRVS MISSAE. 133

cum eo tractaturus, in porticu  
ac vestibulo eiusdem præpara-  
tio, qua homo seipsum accuratè  
discutit perspiciens, quis, ad  
quem, ad quid vadat; quarū re-  
rum cogitatio cum ad sui agni-  
tionem suique compositionem  
inuitat, vtq; debito cum respe-  
ctu ac reuerentia coram Deo se-  
sistat. Quocirca sancto Dei no-  
mine, sine cuius auxilio & gra-  
tia nihil penitus possumus, his  
verbis inuocato: *In nomine Pa-*  
*tris & Filij & Spiritus sancti; mox*  
*subiungit, Introibo ad altare Dei;*  
quasi diceret, ope & gratia Dei  
suffultus audeo ad sanctum e-  
ius altare accedere. Præcipuum  
quod hic agit Sacerdos, simul

M & po-

& populus, est culpas suas con-  
fiteri, nec modò Deo & san-  
ctissimæ Virgini, sancto Petro  
& Paulo, & omnibus adeò san-  
ctis, sed etiam omni populo,  
confitetur, quod peccator sit,  
& maximus quidem peccator;  
atque hoc est, *Mea culpa, mea  
culpa, mea maxima culpa,* tertio  
repetitum. Idem facit & Mis-  
sam audiens, eodem tono &  
modo respondendo, eademque  
veritate. Rogare hic meipsum  
& simul omnes Sacerdotes ve-  
lim, simul & omnes Missam au-  
dientes, num, quando confes-  
sionem facimus, verè, an verò  
sicut dicamus, *mea culpa, mea  
maxima culpa.* Si enim irriso-

ri

THESAVRVS MISSAE. 135

riè fictèq; id agimus, & in pec-  
catis tum præteritis tum præ-  
sentibus agnoscendis in tan-  
tum cōcutimus, vt Deo nos  
peccatores, velut per ludibriū  
ac per speciem, fateamur; Deus  
quoq; nos irridebit, & tam gra-  
uiter quidem, vt verecundia  
maxima suffundendi simus &  
opplendi. *Qui habitat in cælis ir-*  
*ridebit eos, & Dominus subsanna-*  
*bit eos in inferno iam positos.* At-  
que hinc per Isaiam huiusmo-  
di irrisoribus hoc modo inter-  
minatur Isai. 33. *V&e qui spernis, nō-*  
*ne & ipse sperneris? cūm fatigatus*  
*desieris contemnere, contemneris.*  
Deus n. qui Deus verax & sin-  
cerus est, non fert simulationē.

M 2

Sin-

Sincerè ergo confessionem dic  
& ex animo, tractim, & magno  
pietatis sensu, verba non præci-  
pitando, nec semipronuntiata  
deuorando: & ubi peruerteris  
ad mea culpa, ex animo & verè  
id dicio, & ut ore pronuntias,  
sic cor de fenti; & videbis, culpa  
te tua & maxima quidem, iuste  
poenam, eamq; infernalem pro-  
meruisse; cum vel ob vnum dū-  
taxat peccatum mortale, quod  
in vita vñquam admisisti, fide  
Catholica constet, eam te pro-  
meruisse. Et vide, ut Deus, cul-  
pas omnes tuas remittendo, ei-  
que te soluendo, inferno te e-  
duxerit, inque altaris sui gradi-  
bus, & templo suo sancto te col-  
loca-

THESAURVS MISSAE. 137

locarit. vide, ecquæ illa sit commutatio, & eam agnosce eique totis seruire viribus allabora; sic id agnouit Propheta Dauid, cùm diceret Psal. 29. *Domine eduxisti ab inferno animam meam, saluasti me à descendantibus in lacum.* Atque per hanc vèram recognitionem firmum & solidū fecit Deo suo & Domino totâ vitâ seruiendi propositum, dū Psal. 83. ait, *Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternū.* Rationem porrò sancti huius propositi & obligationis hanc dat ibid. *Quia misericordia tua magna est super me, & emisti animam meam ex inferno inferiori,*

M 3                   cùm

cum ad eūdem peccata mea  
meritò condemnassent. Exa-  
minemus hīc, quantum à parte  
sua Deus optimus maximus  
præstiterit, quò nos inferno e-  
duceret, & videbimus quo hinc  
sensu, & quo illinc amore &  
gratitudine dicere nos opor-  
teat: *Mea culpa, mea maxima cul-  
pa.* Quod vt intelligatur me-  
lius, fingamus nobis rem, quæ  
nec vnquam vllibi accidit, nec  
vnquā accidet, imò nec in men-  
tem hominis videtur posse ca-  
dere. Ponamus seruum quem-  
piam, cum proditoriè regem  
interimere cogitasset, sclope-  
tum in eum tribus quatuorque  
glandibus instructum exonera-  
uisse,

THE SAVRVS MISSAE. 139  
uisse, & ad mortem usq; vulne-  
rasse: regem verò tandem à plagiis  
perfectè sanatum. Interim ser-  
uus male sibi conscius, fuga si-  
bi consulit & euadit; dum verò  
in alienum regnum traiicit, ab  
inimicis cōprehenditur, & ma-  
lè habetur. Rex interim, cogni-  
to serui illius casu & captiuita-  
te, miseriā eius præsentem mi-  
seratus, armata manu eum libe-  
rare connititur; hanc ergo ob-  
causam centum armatorū mil-  
lium exercitum terrā cōducit,  
& quingentarū nauium classem  
mari instruit: hoc ille apparatu  
in terrā descendit, in qua seruū  
captiuum detineri intellexerat,

M 4 VNI

vniuersam secum aulam & consiliarios trahens. Tandem ergo inimicos bello superas, seruum armatâ manu captiuitate eripit, inq; liberatatem eum vindicans, non modo priorem illi offensam remittit, sed magnam insuper auri vim donat, quo reliquo vitæ tempore commode & quietè viuat, idq; sine villa sui commodi spe, sed ex sola bonitate & regia magnificencia, & amore quo seruum illum persequebatur. Tale quid nunquam apud homines visum fuit, nec vñquā eueniet, imò nec erit qui fieri id posse sibi persuadeat. Verum talis, imò maior bonitas & infinitior in

Deo

THESAVRVS MISSAE. 141

Deo reperitur. Quid enim fa-  
cio ipse cùm Deum offendō?  
vel ipse quid fecisti, dum illum  
exacerbasti? è cordis tui sclo-  
peto puluere infernali, id est  
peccandi desiderijs, oppleto &  
oppilato, multoties venenatas  
in Iesum Christum glandes ex-  
onerasti. Quoties peccata illum  
& mea & tua impediūere; & cō-  
vulnerarunt? & sanè, quæ ma-  
nibus, pedibus & latere conti-  
net vulnera, scelera tua inflige-  
runt. Hinc Zacharias propheta,  
in spiritu Redemptorem vul-  
neratum sibi proponens, inter-  
rogat Zach. 13. Quæ sunt plagæ  
istæ, Domine, in medio manū tuā-  
rum? & respondet: His plagatus

M 5 sum

*sum in domo eorum qui diligebant  
me. Nam reuera peccata nostra  
Christum Dominum cruci cō-  
fixere; quod testatur Aposto-  
lus Rom. 4. Traditus est propt̄  
delicta nostra. Offensa in Deum  
commis̄la est; nam per peccatū  
reddimur dæmonis mancipia,  
& tormentis infernalibus ob-  
noxij. Quid porrò Dei h̄ic a-  
mor agit & bonitas? Statuit pri-  
mò nos tanta miseria educere;  
vt verò eadē nos eripiat, quid-  
nam à parte sua agit? omnem  
suam imp̄edit potentiam, om-  
nem sapiētiam, bonitatem om-  
nem & clementiam. quas fecit  
expensas? expendit & impen-  
dit*

THESAVRVS MISSAE. 143  
dit in nostri liberalitatem &  
culparum, quas in Missæ con-  
fessione confitemur, ablacio-  
nem; quidquid Redemptor no-  
ster Iesu Christus iam inde à  
primo incarnations suæ mo-  
mento ad usque ultimum vitæ  
in cruce spiritum, dum dixit,  
*consummatum est*, sibi merito-  
rum comparauit, id est, eius na-  
tuitatem, circumcisionem, fu-  
gam in Aegyptum, eius trigin-  
ta annis obedientiam tum san-  
ctissimæ Virgini Mariæ, tum  
Iosepho nutritio, eius ieunia,  
itinera, prædicationes, mira-  
cula, passionem, & mortem,  
& quod ab ea nobis in septem  
Sacra-

ebant  
ostra  
i cō-  
sto-  
optu  
eum  
ccatū  
cipia,  
s ob-  
nic a-  
t pri-  
cere;  
quid-  
nnem  
, om-  
om-  
fecit  
pen-  
dit

Sacramentis , & præsertim Sa-  
cramento altaris relictum est,  
præmium, vbi nobis dat, & quo-  
tidie renouat, & quidem toties  
tot tamq; diuersis locis, omni-  
vitæ mortisque suæ beneficia.  
Quo dicto nihil amplius dicé-  
dū restat; addamus tamē, omnia  
etiam beneficia temporalia ad  
salutem nostram ipsum dirige-  
re, in primis omnem hierarchiā  
Ecclesiasticā, Papæ, qui caput  
est Episcoporum, Prælatorum,  
Prædicatorum, Religiosorum,  
omnia etiam Concilia, doctri-  
nam & exemplum omniū San-  
ctorum, & in cælum etiam af-  
cendendo, nouem Angelorum  
choros; nam, ut dicit Apo-

<sup>luc</sup>  
renden

THESAURVS MISSAE. 145  
cendendo, nouem Angelorum  
choros; nam, vt dicit Aposto-  
lus, *Omnes sunt administratorij*  
*Spiritus in ministerium missi propter*  
*eos qui hæreditatem capiunt saltu-*  
*tis.* Omnem hunc sumptum Do-  
minus Deus à parte sua præstat,  
vt ipse dumtaxat à peccatis tuis  
soluāris quæ in Missæ principio  
confiteris, dum dicis, *Mea cul-*  
*pa, mea maxima culpa.* Qui fi-  
dei aut viuæ considerationis ad  
hocce videndum oculis carct,  
nè ille cæcè admodum Missam  
dicere vel audire incipit: si ve-  
rò Deus, quæ eius bonitas, lu-  
cem ad videndum & cognoscē-  
dum hoc concesserit, videat, ob-  
secro, quo modo tali amori ref-

N

pon-

pōdeat, quomodo talibus ac tātis beneficijs grat' existat, quibus obsequijs tam amplas & diuinias gratias persoluat, deniq; quid ratio exigat vt pro tali pse Deo faciat, qui tanta ipsius olim causa præsttit, quique tanta ipsum miseria eripuit, & & in altaris gradibus & templo sancto suo constituit, spe data etiam inde ad cœlos ipsum sustollendi, vt se deinde in perpetuum potiatur? Hanc nostri erga Deum obligationem ponderemus, & eam agnoscamus, si reuera & ex animo dicimus, Mea culpa, mea maxima culpa. Si Deus potentia sua absoluta Iudā hodie inferno extraheret, postquam iam mille propè &

THESAVRVS MISSAE. 147

sexcentis ignem illū tartareum  
annis pertulit, & sacerdotalibus  
vestibus indutū in altaris gra-  
dibus ad mysteriū hoc celebrā-  
dum statueret, auferendo ab eo  
obstinationē qua modō labo-  
rat, & bonam ei mentem & fa-  
piētiam & libertatē qua resipi-  
scat, concedendo, quin & diui-  
nū & regale verbum suum ad-  
dicendo, quo illi gratiam & ve-  
niam polliceretur, si modō de-  
lieti eum pœnitēret, & assuni-  
pturū se eū spōderet, vt aliquā-  
do in S. Petri, Ioannis, Iaco-  
bi, & reliquorum Apostolo-  
rum, condiscipulorum olim  
suorum societate se frueretur;  
Si modō quadraginta aut quin-

N 2

qua

quaginta annis in quodam Dis-  
calceatorum monasterio sibi  
seruiret, cilicio vestitus, pane &  
aqua toto illo tempore vicitans,  
& religiosis in culina in vilissi-  
mis ministerijs velut lixa ser-  
uiens, & toto vitæ tempore clau-  
stro non egrediens, & in tabu-  
lato duro dormitans, si ut di-  
ctum est, Iudas saperet, quo a-  
nimo, quo amore, qua mentis  
gratitudine conditionem hanc  
admitteret; & quam stulte è co-  
tra ageret, si Deo tergum ob-  
uerteret certissimo cum peri-  
culò in æternum permanendi,  
vbi modo est? Ceterum nō mi-  
nor mihi Deo seruieri, & ob-  
gratiā, qua mihi delictorum  
veniam.

THESAURVS MISSAE. 149

veniam indulxit, gratum me il-  
li exhibendi obligatio incum-  
bit. Maius enim haud dubiè est  
beneficium, Deum impediuisse  
ne ipse in tartarum ruerē, quā  
me inde educere eo iā prolap-  
sum; nam iam præcidit & præ-  
uertit annos, quibus in dæmo-  
num contubernio arderem:  
Hinc ergo colligat Missam &  
celebrans & audiens, quem sen-  
sum sibi verba illa, *mea culpa,*  
*mea maxima culpa* in corde cau-  
sari debeant; ut saltem intensissi-  
mo quodam de peccatis suis  
dolore, & firmissimo illū post-  
hac ob rem aliquam creatā non  
offendendi, eique omni diligē-  
tia seruiendi proposito, Chri-  
stiani,

N 3

stiani,

Dis-  
sibi  
ne &  
ans;  
issi-  
ser-  
elau-  
abu-  
t di-  
o a-  
entis  
hanc  
e cō  
a ob-  
peri-  
endi,  
5 mi-  
& ob-  
orum  
eniam

stiani, & sacerdotis, & status sui  
partes exactè implendo Deo  
respondeat: sibi que persuadeat,  
petere se hāc ob causam, B. Vir-  
ginis & Sanctorum omnium in-  
tercessionem, dū dicit, Ideo pre-  
tor Beatam Mariam semper Virg-  
inem, beatum Michaelēm Archan-  
gelū, &c. orare pro me ad Dominū  
Deum nostrum, vt diuina eius  
maiestas gratiam mihi elargiri  
dignetur, quā executioni mā-  
dere queam bonum illud ipsi  
seruiendi propositū, quod mo-  
dō habeo. Hæc porro est Missæ  
introductio; si verò is sit eius  
introitus & vestibulum, quid  
introrsum occurret, vbi omnes  
diuitię celestes, vti suprà ca.

diu...  
...nūm

THESAVRVS MISSAE. IS  
dictum est, repositæ sunt.

CAPVT XV.

DE MISSÆ INTROI-  
TU, & Kyrie eleison.

**E**X eo quod superiori capitulo è Missæ confessione nos elicere debere diximus, è nostrarum scilicet culparum confessione, è dolore & intimo propter easdem sensus & ex obligatione qua Deo deuincti sumus, quod eas nobis ipse remitterit, quin & ex obsequio quo illi vicisim respondere debemus; intelligem' quid nobis in singulis Missæ partibus cogitandum

N 4

dum

## 152 SPIRITUALIS

dū sit, & quē inde fructū colligere, & quō esse affectu debeamus: cūm eas nobis Ecclesia velut cibos coctos & páratos proponat ut comedamus, id est, attenta consideratione perspiciamus, quid in ijs ipsa nobis repräsentet, petat aut doceat, & iuxta illud diuersarum affectus virtutum in anima nostra excitemus. In introitu solet Ecclesia gemere & in suis necessitatibus opem à Deo efflagitare, velut cūm dicit, Psal. 34. Exurge, quare obdormis Domine, exurge, & ne repellas in finem. quare auertis faciem tuam à nobis? Et licet alij introitus gaudij & exultationis, simul & laudis alias rum.

THESAVRVS MISSAE. 153

rumque virtutum affectus interdum contineant, quod tam  
en diximus occurrere plerū-  
que solet. Kyrie eleisō & Chri-  
ste eleison, nōnies repetitum,  
quod sonat Domine miserere,  
& Christe miscrere, desideria  
nobis & anxia Sanctorum Pa-  
trum, Patriarcharum & Pro-  
phetarum vota significavit, qui-  
bus Deum hominem factum  
videre quam ardentissimè ex-  
optabant. Moyses populi sui  
necessitate perspecta, & sibi ei-  
iusdem liberandi media deesse  
cernens, ad Dominum clamauit  
dicens, Obsecro, Domine, mitte  
quem missurus es. Jacob Patriar-  
cha iam moriturus, hoc nixus  
de-

## 154 SPIRITUALIS

desiderio & spe, letius mortem  
oppetijt dum ait, Gen. 49. Salu-  
tare tuum exspectabo Domine. q.d.  
Hoc vno me in morte mea con-  
solor, quod certam coceperim  
salutaris tui, id est Saluatoris  
mei, videndi spe. dicebat Isaías,  
Utinam disrumperes cælos, & de-  
cenderes! & alio loco, Isa. 45.  
Rorate cæli desuper, & nubes plu-  
ant iustum, aperiatur terra, & ger-  
minet Saluatorem. Clamat Da-  
uid, Psal. 84. Ostende nobis Domi-  
ne misericordiam tuam, & saluta-  
re tuum, id est Saluatorem nostrum,  
da nobis. Et omnis adeò scrip-  
tura huiusmodi desiderijs & ge-  
mitibus plena est, quibus Dcū  
in terra ambulantem Sanctā  
vide.

THESAVRVS MISSAE. 155  
videre desiderabant, vtque cę-  
lis descenderet enixissimē po-  
stulabant. Ad horum ergo imi-  
tationem, Sacerdos celebrās &  
Christianus quilibet Missā au-  
diens, viua videndi Iesu Christi  
Domini nostri, qui salus reme-  
diūm, & vita nostra est, excitet  
in se desideria, seque illa confo-  
letur spe, breui illum se  
in altari & visurum  
& adoratu-  
rum.

## CAPVT

156 SPIRITUALIS

CAPVT XVI.

DE GLORIA IN EXCE-

*sis Deo, & Dominus vo-  
biscum.*

**P**ostquam Redemptor Ie-  
sus in stabulo Bethleemi-  
tico tanta in abiectione &  
paupertate natus esset; ecce tibi  
subito Angelus celo delabitur,  
qui lætum hoc nati Salvatoris  
nuntium pastoribus quibus-  
dam vigilias super grege suo a-  
gentibus afferret: & quoniam  
noctis erat medium, & tene-  
bris inuoluta omnia, & par erat  
talem a pastoribus nuntium o-  
culis perspici; ecce tibi lux ca-  
lo de-

THESAVRVS MISSAE. 157  
lo delapsa omnes circumfulsit.  
Dixit deinde illis Angelus, L. 2.  
Ecce, Euangelizo vobis gaudiū ma-  
gnū, quia natus ēst vobis hodie  
Saluator, qui ēst Christus Dominus.  
Mox verò ipse, assūpta secū ma-  
gna Angelorū multitudine, cœ-  
lestē hoc cāticum simul cum a-  
lijs modulari cœpit, Ibid. Glo-  
ria in altissimis Deo, & in terras  
pax hominibus bonæ voluntatis.  
quod deinde sic prosequitur  
Ecclesia, Laudamus te, benedici-  
mus te. Ipse mihi persuasero, to-  
ties mihi lātum hocce nati Sal-  
uatoris nuntium affери, quo-  
ties Missam vel dico vel audio,  
eo quōd paulo post non secus  
ac pastores, verè realiterque vi-

O debo

CEL  
vo-  
  
or le-  
eemi-  
one &  
cetibi  
bitur,  
atoris  
iibuf-  
suo a-  
oniam  
tene-  
ur etat  
um o-  
ix cæ-  
lo de-

## 158 SPIRITUALIS

debo & adorabo eum, quem  
olim ipsi viderunt & adorarunt.  
Videbo illum, velut praesentem  
in altari, recens pro me natum,  
& Angelos simul & pastores  
imitando, ex toto gaudij, exultationis,  
& gratulationis affectu.  
Etu totum hoc Canticum decur-  
ram; patrem aeternum eodem  
laudando, quod filium mihi  
suum carissimum in Saluatorē  
dederit; quin etiam filium, quod  
me saluaturus descenderit. Nec  
minus me beatum quam pasto-  
res reputabo, cū fidei videā o-  
culis cum quem ipsi coram vi-  
derunt, & quem ipsi adorarunt  
etiam hic ipse adorem; ipsi pa-  
nis inuolutum, ego accidentia-  
bus

THESAVRVS MISSAE. 159  
bus coopertū. Ipsum, Dominus  
vobiscū in huius fidei nos ve-  
ritate confirmat: ipsum est ma-  
gnum nomen *Emanuel*, quo  
Messias nominandus erat,  
quod tantundem so-  
nat ac, *nobiscum*  
*Deus.*

Q 2 CAPV

quem  
orarūt.  
æsentā  
natum,  
ustori  
, exul-  
is affe-  
decur-  
eodem  
mihi  
atorē  
quòd  
t. Nec  
pasto-  
deā o-  
m vi-  
arunt  
si pā-  
enti-  
bus

## CAPUT XVII.

DE ORATIONE SV COL  
lecta ante Epistolam, & alias  
post communionem legi  
solita.

**S**acerdos in oratione, tum  
suo, tum totius populi &  
niuersæ Ecclesiæ nomine,  
varia à Deo pro temporum  
diuersitate, & pro necessitatibus  
occurentiū exigentia, dona &  
beneficia petit. Interdum com-  
missorum petit veniam, alias  
pacem & animæ corporisque  
salutem, nonnunquam fidei,  
spei & caritatis augmentum, a  
liquādo etiam sanctorum imi-  
tatio-

THE SAVRVS MISSAE, 161  
tationem. Est hoc sanæ magnæ  
consolationi nobis, nescienti-  
bus quid petere debeamus, cum  
ipsa pro nobis postulet Eccle-  
sia: quæ quoniam in spiritu  
sponsi sui petit, certissima haud  
dubiè petet, nec in petendo  
errabit; nam, vt Apostolus lo-  
quitur Rom. 8. *Quid oremus, si-*  
*cum oportet nescimus, ipse autem*  
*spiritus in Ecclesia eius cōmorās, po-*  
*stulat pro nobis gemitibus in enar-*  
*rabilibus.* Ergo interim dum le-  
gitur oratio, quicumque latinè  
nouit, & eam audit, cum Eccle-  
sia Dominum roget, quodcū-  
que illa rogat; qui autem mini-  
mè intelligit, nō propterea cō-  
tristetur, sed ad sacerdotē se re-

O 3 ferat,

ferat, qui omnium nomine petit. Vnde h̄ic idē continget illi quod homini rudi & proflus ignaro s̄item habenti, cuius felicē is exitū & successum obtineat, postulatū aliquid ab eo coram iudice oratione aut scripto faciendum est: h̄ac illi caſidicus & patronus pronuntiat & adornat, qui tametsi nihil harum intelligat, non quomodo res peragatur, eius tamen nomine fit. Ingentem h̄ic consolationem affert, quod hic. Dominus minimē dicturus sit nobis, Matth. 20. Nescitis quid petatis: nouit quippe probè Ecclesia, quidquid ipsa petit, ad gloriā Domini id, & filiorū suorum animarū salutem spectare.

CAPVT XVIII.

DE EPISTOLA

**T**Vrpis abusus est, inter fideles tamē admodū frequēs, dignus sanè qui non modo tollatur, sed etiam acriter reprehendatur; quique ut plurimū in missis sollennibus, ad populum decantari solitis, locū habet. Is est, quod statim atq; Epistola cani incipit, populus sedere, caput cooperire, inter se colloqui incipiat, donec ipsa absoluatur. quod sanè & hinc risum meretur illinc verò deplorarandum & commiseratione dignum est.

Satis

ne pe-  
et illi  
orsus  
ius w  
n ob-  
ab eo  
scri-  
i cau-  
intiat  
il ha  
nodo  
n no-  
onso-  
Do-  
c no-  
pett-  
ccle-  
, ad  
i su-  
care,

Satis indicant huiusmodi gar-  
ruli, non intelligere se quid sit  
Epistola, quid in se contineat,  
& cur tanta eam solennitate cā-  
tari iubeat Ecclesia. quòd non  
incongruum fuerit, perspectū  
habere, ut in Missis priuatis eā,  
tractim, distinctim, & clare  
perlegant sacerdotes, quòd eam  
circumstantes & benè percipe-  
re & intelligere valeant, & ali-  
quam inde utilitatem capere.  
Epistola igitur aliud non est,  
quam breuis quedā concio quā  
S. Petrus, S. Paulus, S. Ioannes,  
S. Iacobus, Isaias, Daniel, aut  
de Prophetarum numero ali-  
us, aut vir aliquis sanctus ad  
nos habet, quorum ore Deus  
locu-

THESAVRVS MISSAE. 165  
locutus est, & cœlestem doctrinam proposuit. Ergo, si sæpè magna cùm audiendi auditate ad celebrem aliquem concionatorem audiendum accurrimus, quem, tametsi fortè talis non sit, nihilominus attentè hora integra, nullo cùm vicinis prolatò verbo audimus, cùm tamen interdum quæ dicit ac docet non ita fortè ad propositum & gustum sint; quomodo tales, quales hi sunt, non audiemus prædicatores, cum fide doceamus illorum doctrinam Dei esse, ac proinde animabus nostris adeò salutarem. Dum ergo audimus Lectio Epistola Beati Pauli Apostoli; nobis ipsi

## 166 SPIRITUALIS

ipſi persuadeamus (vti reueraſit) Sanctum Paulum nobis cōcionari; quare verba eius atten-tē audiamus, consilia quæ ſug-gerit, auidē arripiamus; cūm nō fruſtrā illi inspirarit doctrinā Spiritus Sanctus quam prædi-cauit, neue etiam fruſtrā nobis eam proponat Ecclesia. Memi-nerimus, obſecro eius, quod in Euangeliō Redéptor ait, Luc. 10. *Qui vos audit, me audit; qui vos ſpernit, me ſpernit.* E singulis autem Epiftolis, ē plurimis quæ in ijsdem nobis breuiter traduntur rebus, aliquid nobis feligamus; qui autem nō intel-ligit, intelligentem interroget; cūm tanti nouiſſe referat; vnum quip-

THESAURVS MISSAE. 167

quippe sēpē horum prædicato-  
rum verborum singularem no-  
bis lucem aspirabit, nos confo-  
labitur, recreabit, docebit, ani-  
mabit, & ad virtutem exstimu-  
labit. Ut verò hoc intelligatur  
meliùs, exempli loco ponamus  
non iam integras Epistolas, quæ  
in Missa leguntur, sed aliquas  
hinc inde è nonnullis sententi-  
as. Interdum dicet Aposto-  
lus Philiper. 1. *Christus fa-  
etus est pro nobis obediens usque  
ad mortem, mortem autem  
crucis.* Quæ verba attentè &  
cum utilitatis inde percipien-  
dæ desiderio audita insignem  
in cor-

168 SPIRITUALIS  
in corde obedientiæ erga Deum sensum causabuntur, & tecum ipse dices, si ad mortem usque crucis Christus Patri obediuit, anne quid magnu[m] obedire me seruado legem ipsius & Ecclesiæ eiusdem præcepta, quæ longè faciliora sunt, quam mori in cruce? Alias audiens S. Petrum tibi dicentem I. Petr. 1. Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarū, & Deus totius consolationis, qui regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcessibilem. Quibus è verbis tuam ipse beatissimus

THESAVRVS MISSAE. 169  
titudinem ac beatam sortem  
colliges, cum per baptismum  
filium te suum Deus fecerit, &  
propterea certam habeas haere-  
ditatis celestis aliquando capi-  
undæ spem. Hoc igitur spiritu,  
deuotione & deuiderio audi-  
endæ sunt Epistolæ, vt aliquæ  
hac ratione è sacra illarum &  
salutari doctrina fructum eli-  
ciamus. Quomodo enim corā  
Deo se excusabit, si non pro eo  
ac debet vitam instituat, is, cui  
tales quotidie audire magi-  
strōs contingit, vti S. Petrum,  
S. Paulum, S. Ioannem, & san-  
tos Prophetas? Nec verò excue-  
sabit ipsa linguae Latinæ igno-  
rātia, quo minus intelligat ea

P

quæ

170 SPIRITUALIS  
quæ ibi traduntur, si huius de-  
fectu peccet; cum ea interroga-  
re possit à Curione suo & Paro-  
cho, cuius sūt partes quibus sui  
panē doctrinę frāgere: Etsi vō  
rò Deus neminem, nisi ad man-  
datorum tam suorū quam Ec-  
clesiæ suæ obseruantiam, &  
quemque ad status sui partes  
ritè debiteque explendas, ob-  
liget, dubitari tamen non po-  
test, quin ad hāc obligationem  
adimplendam permultum mo-  
menti afferat sacra quæ in  
Epistolis nobis pro-  
ponitur, doctri-  
na.

CAPVT

THESAVRVS MISSAE.

CAPVT XIX.

DE EVANGELIO.

**E**vangelium tantūdem so-  
nat ac lātum ac bonum nū-  
tium: & reuera ita lātum & bo-  
num est, melius vt esse nō que-  
at; quōd penitus bonum sit, &  
pro omnibus. Euangelium nā-  
que infirmis salutis æternæ est  
nuntium, peccatoribus veniæ,  
iustis coronæ, captiuis & vin-  
Etis libertatis, mortuis vitæ,  
denique omnibus aliqua neces-  
sitate presfis, in Euangelio eius-  
dē remediū & medela proponi-  
tur. Testatur hoc ipsū ipse met-

P 2

Redem-

s de-  
roga-  
Paro-  
s suis  
si vo-  
nan-  
Ec-  
&  
artes  
ob-  
po-  
hem  
no-  
a

IT

Redemptor, hæc Isaiae verba  
proferens Isai. 61. Spiritus Do-  
mini super me: propter quod vnxit  
me, euangelizare pauperibus misit  
me, sanare contritos corde, prædi-  
care captiuis remissionem, & cæsis  
vixum, dimittere confractos in re-  
missionem, prædicare annum Do-  
mini acceptum, & diem retributio-  
nis. que in quam verba Christus  
Dominus Luc. 4. apud Naza-  
renos prædicando, è libro Isaie  
legit: quibus deinde hæc ipse  
subiunxit Ibid. Hodie impleta  
est hæc scriptura in auribus vestris,  
dum me prædicantem auditis.  
Id ipsum ipsi etiam dicere pos-  
sumus, vel potius, nobis dici  
potest, hodie videlicet, id est  
quoti-

THESAURVS MISSAE. 173  
tiescumque Missam audimus,  
idque in Euangelio illius, au-  
dire nos eumdem Deum præ-  
dicantem, & læta hæc quæ au-  
diuimus, nuntia denuntiātem.  
Hinc colligere est, quanta de-  
uotione & reuerentia , qua a-  
uiditate & desiderio , qua cor-  
dis puritate & sacerdos pro-  
nuntiare , & populus audire  
sanctum Euangelij textum de-  
beat . Ut hoc indicaret Ec-  
clesia extraordinaria quadam  
præuentione antè vtitur, quām  
sancti Euangelij lectio incho-  
etur : particularem quandā sci-  
licet ad Deum dirigit oratio-  
nem, qua benedictionem cœle-  
stem depositit sacerdos, vt dig-

P 3

nè ver-

erba  
Do-  
nxit  
misit  
adi-  
cæcis  
re-  
Do-  
utio-  
ltus  
za-  
tiae  
pse  
lera  
ris,  
tis.  
of-  
lici  
est  
ti-

nè verba Dei sacra ore proferre  
mereatur. Isaias Propheta in ad-  
mirabili quadam visione mag-  
nitudinem vidit & maiestatem  
omnipotentis Dei, atque ob of-  
ficium quod habebat, teneri ad  
ipsum populo manifestandū si-  
bi videbatur: ab alia tamē par-  
te prē metu non audebat, quod  
linguam non adcō purā videre-  
tur habere, qua diuinū sermo-  
nem proferre mereretur, nec  
populus ita mundus appareret,  
qui cundem audire dignus es-  
set: hinc ait Isai. 6. *V& mihi qui  
tacui, quia vir pollitus labijs ego  
sum, & in medio populi polluta la-  
bia habitis ego habito.* perin-  
deac

THESAVRVS MISSAE. 175  
de ac si diceret, videor mihi  
magnalia & magnitudinem Dei  
diuulgare debere, sed non est  
mihi lingua adeò munda, vt au-  
deam ea in os indere; quin &  
qui eadēm auditurus est popu-  
lus, non multò magis est ad illā  
admittenda & debita cum re-  
uerentia audienda dispositus.  
Etecce, vidit exemplò Sera-  
phinum cœlo deuolantem carbonem  
vel calculum ignitum  
manu gestantem, qui hoc ipso  
labia Prophetæ tetigit, dicens  
Ibidem: Ecce tetigit hoc labia  
tua, & auferetur iniquitas tua,  
& peccatum tuum mundabitur,  
& eris dispositus ad verba

Dei

P 4

## 176 SPIRITALIS

Dei in ore tuo accipienda. Atque hinc Ecclesia illam hausit orationem, quam sacerdos vel diaconus antequam cantet Euangeliū, recitat: *Munda cor meum & labia mea, omnipotens Deus, qui labia Isaiæ Prophetæ calcu[m] mundasti ignito, ita me tua grata miseratione dignare mundare, ut sanctum Euangeliū tuum dignè valeam nuntiare.* quo dicto mox benedictionem accipit Diaconus, & sibi ipsi eam impertit sacerdos dicens, *Dominus sit in corde meo, & in labiis meis, ut dignè & competenter annuntiem Euangeliū suum.* Mirè & nouæ præventiones hæ videtur, & omnes necessariæ ob san-

ctita-

THESAVRVS MISSAE. 177

Etitatem & puritatem verborū  
quæ in Euangeliō pronuntian-  
tur. Et si Euangeliū lecturo  
cor & os tam mundum necessa-  
ria sint ad tam sacrosācta profe-  
renda, quām mundum cor &  
aures populus habeat oportet  
ad eadem audienda & recipien-  
da? Hinc Primum quo sacer-  
dos aut diaconus populū præ-  
uenit, est, *Dominus vobiscum:*  
quasi dicat, necesse est Domi-  
num vobiscum esse, vt dispona-  
mini ad ritē, & vt oportet diui-  
nū eius verbū audiendum; aut  
saltem dicamus, dicendo *Do-*  
*minus vobiscum,* nobis insinuari,  
esse ipsummet Christum Do-  
minum,

At-  
ausit  
vel  
t E-  
a cor-  
tens  
cal-  
tua  
un-  
til-  
uo  
ac-  
am  
Do-  
bys  
in-  
ire  
le-  
n-  
a-

178      SPIRITUALIS  
minum, qui nos in Euangeliō  
suo alloquatur; ipse namque  
dicitur *Emmanuel*, id est nobis-  
cum Deus. Si porro ipse Deus  
loquatur, facile videre est, quā  
deuotione & reuerentia audi-  
endus sit, cūm verba eius ver-  
ba sint vitæ æternæ, & horum  
vnum quodque in corde asser-  
uatum vitam nobis allaturum  
sit æternam. Vnum Euangeliō  
verbum est Matth. 5. *Beati pa-  
peres Spiritu*; & hoc ipsum ser-  
uatum vitam affert æternam, a-  
liud est Ioan. 12. *Qui mihi mini-  
strat, me sequatur*, atque hoc i-  
tem ad vitam iuuat æternam.  
quinetiā, *Qui odit animam suam  
in hoc mundo, in vitam æternam  
custo-*

THESAVRVS MISSÆ. 179  
custodit eam; & sic de cæteris  
facilè hinc fit manifestum, quæ  
meritò suis Redemptor dixe-  
rit Luc. 1. Beati oculi qui vident  
quæ vos videtis. Dico enim vobis,  
quod multi Prophetæ & reges vo-  
luerunt videre quæ vos videtis, &  
non viderunt; & audire quæ audi-  
tis, & non audierunt. Hoc est, vi-  
dere Deum hominem factum  
cum hominibus in terra con-  
uersatèm, & viam eos cœlestem  
edocentem, uti eum quotidie  
in templo suo sancto & in sacro  
Missæ misterio agere videmus.  
Hic item videmus Iesum Chri-  
stum prædicantem & paratum  
ad sanādum nos, uti de co S. Lu-

scri-

## 180 SPIRITUALIS

scribit Luc. 5. Et factum est  
in una dierum, & ipse sedebat do-  
cens, & erant Pharisæi sedentes,  
& legis doctores, qui venerant ex  
omni castello Galilææ & Iudeæ &  
Jerusalem, & virtus Domini non  
minus erat ad sanandum eos, quā  
illi ad eius doctrinam audien-  
dam, intelligendam & admit-  
tendam. Eandem felicitatem,  
quæ illis tūc temporis obtigit,  
& occasionem è doctrina &  
præsentia Christi commodum  
aliquid eliciendi, habemus &  
nos hodie & quotidie in Missa,  
cum Christum in altari præsen-  
tem, & eadem ipsius verba in  
sancto Euangelio habeamus.  
Nec verò est ut inuidemus  
ijs qui

THE SAVRVS MISSAE. 181

ijs qui corporaliter eum vide-  
runt, modò ipsa in nobis fides  
non deficiat, aut intepescat; nā  
Redéptor ipse B. Thomæ Apo-  
stolo olim ait Ioan. 20. *Beati qui*  
*non viderunt, & crediderunt.* Re-  
præsentatur hīc nobis etiam &  
describitur Redemptor mira-  
cula patrans, visum cæcis & sur-  
dis auditum dans, infirmos sa-  
nitati restituēs, leprosos mun-  
dans, dæmones ex energume-  
nis ejiciens, mortuos denique  
ad vitam reuocans; vt nimirum  
intelligamus, eundē ipsum Do-  
minum, quem in altari præsen-  
tem habemus, cuius virtus pa-  
rata & própta est ad sanandum  
nos, omnia hæc mirabilia, non

Q

mino

minori quàm olim miraculo,  
in animabus nostris hæc mira-  
bilia operaturum, si ad hæc mo-  
dò nos disposuerimus, peccati  
scilicet cœcitatem, & qua labo-  
ramus in voce eius audiēda sur-  
ditatem tollendo , animarum  
nostrarum lepram emundan-  
do, denique à peccati eas mor-  
te ad gratiæ vitam reuocando,  
quod sanè non minus erit pro-  
digium, quàm Lazarum iā qua-  
triduanum vitæ restituere. Quę  
cùm ita sint, maximoperè do-  
lendum & deplorandum est,  
Sacerdotes ab Euangelio lecto,  
& Christianos ab eodem audi-  
to, præparationem illam, quam  
ad hoc ipsum legendum audi-  
endumque sancta mater Eccle-

THESAURVS MISSÆ. 183

sia illos edocuit, nihil moratos,  
tam ieiunios & aridos recede-  
re, ac si ipsum non audiuisserent;  
eosq; rogatos, quid à vitæ Ma-  
gistro illo die in Euangeliō di-  
dicebant, non aliam dare ra-  
tionem, quām si non audiuis-  
serent, aut præsentes non adfui-  
serent; dolendum inquam, hoc  
accidere Christiano non uno  
die, sed mense, & anno integro;  
quin imò toto vitæ tempore,  
vt de sciendo interrogandoq;  
super eo nihil penitus elaboret;  
cumq; Euangeliū tam lætum sit  
nuntium, vt initio dictum est,  
nemo vel hilū sollicitus sit vt  
quicquam de illo intelligat, vel  
percontetur, nec inquirat in id

Q i quod

quod Sacerdos submissè intra  
dentes legit , cùm tamen tam  
curiosè in nouitates festiuales  
aliasque vanitates, quæ in aula  
& alibi peractæ sunt, inquirat,  
quin & easdem accuratè descri-  
bi cūret, vt aliò easdem desti-  
net. Nolim hīc quemquam sub  
pœna peccati obligare, ad am-  
plius quām ad quod eum obli-  
gat sancta mater Ecclesia, ta-  
men timenda mihi & cum ti-  
more pōderanda videntur ver-  
ba illa Apostoli Hebr. 1. Pro-  
ptereà abundantius oportet obser-  
uare nos ea quæ audiuiimus, ne for-  
tè pereffluamus, & hæc ipsa ani-  
mo excidant. Cæterum, quo-  
modo illa seruabimus, si illa vel

non

THESAURVS MISSAE. 185  
non percipimus, vel non intel-  
ligimus? Et addit Apostolus:  
Si n. qui per Angelos dictus est  
sermo factus est firmus, & omnis  
prævaricatio & inobedientia acce-  
pit iustum mercedis retributionem,  
quomodo nos effugiemus, si tantam  
neglexerimus salutē, quæ cùm ini-  
tium accepisset enarrari per Domini-  
num ab ijs qui audierunt, in nos co-  
firmata est, contestante Dœ signis  
& portentis & varijs virtutibus, &  
Spiritus sancti distributionibus se-  
cundum suam voluntatem? Verba  
sanè accurata pōderatione dig-  
na, è quibus colligere possu-  
mus, qua nobis attentione, dili-  
gentia, deuotione, & reueren-  
tia sit Euangeliū , quod in

Q 3

Mis-

ntra  
tam  
iales  
aula  
irat,  
scri-  
sti-  
sub  
im-  
oli-  
ta-  
ti-  
er-  
ron-  
fer-  
or-  
ni-  
o-  
vel  
on

186 SPIRITUALIS  
Missa legitur aut solenniter  
cantatur, audiendum.

CAPUT XX.

DE CREDO AVT SYM-  
bolo Niceno quod in Missa  
canitur.

**P**ost Euangeliū certis qui-  
busdam diebus, quas Ec-  
clesia designat, quales sunt  
Dominicæ, & alia festa solem-  
niora in anno occurrentia, re-  
citatur vel canitur Symbolum,  
quod in Concilio Niceno cō-  
positū est, & articulos fidei con-  
tinet dilucidius paulò & aper-  
tius declaratos: cuius lux adeò  
est admirabilis, verbis ut expli-  
cari nequeat; nec verò mirum  
id est, cùm doctrina sit fidei;  
cuius

THESAURVS MISSAE. 187

cuius solus Deus magister est,  
& quam ipse docet, & vnicuiq;  
in die quo baptizatur, in animā  
infundit. De illa dixit Christus  
ipse, venisse iam tempus, quo  
verè diceretur Ioan. 6. *Et erunt*  
*omnes docibiles Dei.* Vnde fit ma-  
nifestū, cùm Deus Magister sit,  
vna sola veritate ex omnibus  
quas ipse docet, humanum in-  
tellectum magis nobilitari &  
ditari, quām omnibus scientijs  
mundanis. Ingens quidem the-  
saurus est sapientia: quam ta-  
men Deus docet, eiusmodi est,  
ut quod naturaliter homines  
simul & Angeli consequi pos-  
sunt, nihil omnino sit cum vna

Q 4 sola

sola fidei veritate cōparatum.  
Dedit hoc intelligendum Pe-  
tro Saluator noster, quādo cō-  
fitenti Apostolo Matth. 6. Tu  
*es Christus filius Dei viui, ilicō re-  
spondit, Beatus es Simon Bario-  
na, quia caro & sanguis nō renne-  
lauit tibi, sed pater meus, qui in ca-  
lis est.* Quapropter longē Beatior  
est vetula quædam Christiana,  
& plura ex solo suo catechismo  
nouit; quām omnes Philoso-  
phi veteres cognouere. hi quip-  
pe caput & cerebrum tolse-  
runt, inquirētes in principium,  
quod mundus hic habuit; hinc  
in eas deuoluti sunt ineptias, &  
quidem adeò cum ratione pug-  
nantes, vt risum potiūs, quām  
hoc

THESAVRVS MISSAE. 189

hoc referri loco mereantur.

Quin etiam illorum omnium  
princeps docere nō erubuit, *Ex  
nihilo nihil fit*: imò verò sibi ip-  
se persuasit, mundum hunc æ-  
ternum fuisse, & omnis princi-  
pij expertem. Cæterum si quis  
à vetula quapiam modò petat,  
ecquod mundus habuerit ini-  
tium, respondebit illico, hinc è  
nihilo à Deo conditum esse.

Nouit quis sit Deus, nouit Dci  
filium hominem factum esse,  
mortem oppetijisse, & à morte  
rediuiuum resurrexisse, & ad  
iudicandum aliquando ventu-  
rum. Nouit, quò boni, quò ma-  
li deuenturi sint: nouit, in qui-  
bus animæ salus sita sit, quibus

ea cu-

190      SPIRITUALIS  
ea curanda sit medijs dum ægra  
est, quo etiam sit sustentanda  
cibo. Cæterum dum Symbolū  
in Missa audimus, vel recita-  
mus, eiusdem veritates tam fir-  
miter in animo nostro solide-  
mus, ut si se obtulerit occasio,  
vitam pro carundem defensio-  
ne exponamus; interim cùm  
ea nobis felicitas non obtingat,  
cām totā diuino obsequio im-  
pendamus, atque ex toto corde  
Deo dicamus, pro fidei huius  
confessione Domine vitam nō  
expono, ut S. Laurentius in cra-  
ticula; neue saxis adobratus, vti  
S. Stephanus, sed longè inferio-  
ri ratione eam tibi offeram fru-  
statim ac per partes, vnâ vitæ  
horâ

THESAVRVS MISSAE. 191  
horâ in oratione, aliâ in Missa,  
aliâ in rosario decurrendo, aliâ  
in officij mei obligationibus  
adimplendis. Et est sanè res cō-  
ploratione digna, quod, cū vita  
maximum sit bonum, quod in  
hoc mundo habemus, & pecu-  
nia è minimis, vt quadrantem  
vel regalem expēdamus, videa-  
mus & peruideamus quam in  
rem expendatur, tot vitæ tamē  
horas tam inutiliter atque ina-  
niter consumamus. Utile etiam  
fuerit, iuxta hoc D. Petri con-  
siliū i. Pet. 5. *Aduersarius vester*  
*diabolus, tanquā leo rugiēs circuit,*  
*querens quem deuoret, cui resisti-*  
*te fortes infide; ad fidei verita-*  
tes

ægra  
anda  
bolū  
cita-  
n fir-  
lide-  
asio,  
nsio-  
cùm  
gat,  
im-  
orde  
uius  
nō  
cra-  
vti  
rio-  
fru-  
vitæ  
orâ

192

SPIRITUALIS

tes recurrere, quando ad peccatum  
dum inuitans occurrerit cogita-  
tio, dicendo: Tā bonū Deum  
numquam offendam. Mortuus  
enim est Christus, ne ego post-  
hoc peccarem: si pecco, animam  
meam interficio, mors mihi  
imminet, & pœna sempiter-  
na manet cum, qui vel  
vnum delictum le-  
thale admise-  
rit, &c.

CAPVT

THESAVRVS MISSAE. 193

CAPVT XXI.

DE OFFERTORIO VS-  
que ad Praefationem.

**I**N Offertorio Sacerdos D eo  
offert, quod præ manibus  
habet, panem scilicet & vi-  
num, vt post paulò Deus eadē  
meliorata reddat: & sanè ita  
meliorata reddet, vt pro tenui  
illa oblatione, sacratissimū cor-  
pus & pretiosissimum Redem-  
ptoris nostri sanguinem reddi-  
turus sit. Vide ecquæ hæc sit  
mutatio & melioratio: & sanè  
quidquid à nobis Deus recipit,  
recipit vt ipsum nobis reddat  
melioratum. Sacerdos ergo qui

R. Mis-

## 194 SPIRITUALIS

Missam celebrat, & qui eam au-  
dit, simul cum illo pane & vi-  
no, quod in altari offertur, of-  
ferat Deo quod habet. Nihil  
porrò habeo magis meum, quā  
meipsum, nihilque magis à me  
Deus postulat, quām meipsum.  
Deinde in corde meo dicam,  
simul cum hoc pane & vino,  
**Domine**, tibi offero quām li-  
bentissimè memoriam meā,in-  
tellectum, voluntatem, oculos,  
aures, linguam<sup>1</sup>, cogitationes,  
verba, & opera, vt hæc omnia  
in melius commutes; & non se-  
cūs ac panem & vinum, quæ ti-  
bi in altari offeruntur, in sacra-  
tissimum corpus & sanguinem  
Christi filij tui [couertis, sic ob-  
secro, intellectū meum in intel-

THES AVR VS MISSAE. 195

lectum Christi conuerte vt cogitē quæ ipse cogitat; voluntatem meā in Christi, vt nō aliud velim quā ipse velit; oculos, aures, linguā in Christi, vt videā, audiā, & loquar vt ipse; & iam nō viuam ipse in me, sed Christus in me: ipse per oculos meos videat, per linguā meam loquatur, per aures meas audiat, manibus meis tāgat, voluntate meā velit, intellectu meo cogitet, atq; ita totus ero ipsius, & sic in melius cōmutatus. Videat Sacerdos, cū dicit: *Lauabo inter innocentes manus meas, quā multa audeat dicere, & vt verè ea dicat, nihil vt in corde ipsius sit, quantum fieri potuerit, ipsum*

R 2 repre-

196 SPIRITUALIS  
reprehendat, & quod veræ in-  
nocentiæ, puritati, virtutisq; san-  
ctitati, qua coram Deo ac Do-  
mino comparare par est, aduer-  
setur.

## CAPUT XXII.

### A P R A E F A T I O N E A D usque Consecrationem.

**Q**UANTO profundiùs in Mis-  
sæ arcana descendit Sa-  
cerdos, etiam Deo in ter-  
ram è cælis deuocando, eumq;  
in manibus suis ponendo fit vi-  
cinior, eo maiori cum attentio-  
ne, timore, reuerentia, & amore  
se gerat, oportet. Attendant ita  
que quam diligentissimè ad ea  
quæ

quæ agit, cum grauitate ac modestia signa Crucis exprimat: omnes sacri Canonis orationes benè recteque & cum deuotione & tractim in *Memeto suo* pronunciet. Quantum ad eos quos Deo commendatos vult, breuiter & paucis sacrificium pro eo ad cuius intentionem celebrat offerendo, & Deum pro ijs quos insuper commendare ei vult orando, se ad præparationem præuiam, in qua omnes in genere commendandi sunt remittens; pro particulari sua deuotione & affectu, melius haud dubiè faceret, si secū breui illo spatio ageret, quo scilicet modo Dei filium reueritum.

R 3 rus

rus & tractaturus sit, quo item amore, timore, humilitate & puritate. Quin etiam gaudium in se excitet & exultet, quod breui intra manus suas visurus sit eū, quem in quantum Deus est in sinu, & in quantum homo, ad dextram suam confidentem Pater æternus habet; & cum ipsum, quem nouem mensum spatio visceribus, & tanto tempore brachijs suis sanctissimis Deipara cōplexa est, quem suis Simeon strinxit vlnis, qui Spīritu sancto ideò à Deo plenus reseruatus fuit, ut hoc dūtaxat officium perageret. Nec verò cogitet, quòd quoniā aliquod Memento tempus animus circa san-

THESAVRVS MISSAE. 199

sanc̄tos illos affectus, occupe-  
tur, propterea minus exaudien-  
dus sit in ijs quæ à Deo petit, &  
petere desiderat; quin imò sibi  
persuadeat multo meliore p̄  
stulata sua apud Deum succeſ-  
sum habitura, iuxta illud Pro-  
phetæ Psal. 84. *Delectare in Do-  
mino, & dabit tibi petitiones cordis  
tui.* In oratione verò, *Communi-  
cantes, &c.* fiduciam excitet be-  
nè & ex voto cum Deo tractā-  
di, cùm huiusmodi Aduocati,  
qualis sanctissima eius Mater,  
omnes Apostoli, & tot Marty-  
res, vnà cum ipso Deo se fi-  
stant intercessores illius futuri;  
atque ita absoluat orationem:  
*Quorum meritis precibusq; cōcedes*

R 4      vt in

item  
ate &  
dium  
quod  
furis  
Deus  
oma,  
ntem  
eum  
sium  
tem-  
imis  
suis  
Spi-  
enus  
axat  
erò  
iod  
irca  
an-

ut in omnibus protectionis tuae muniamur auxilio. Si verba nonnulla non intelligat, uti, A scriptam, rationabilem, legat aliquem, qui eadem exponit, vel interroget eos qui illa intelligunt: nam in re adeo graui, & tractando cum eo quicum tractat, turpe est non intelligere quae dicat. Qui vero Missam audit, non debet, meo iudicio, tunc temporis multum vocaliter legere, sed se cogitat visurum breui Dominum, uti iam diximus, quare expectet eum, sibique persuadeat, audiire se dicetem vocem Matth. 26. Ecce Sponsus venit, exite obuiam ei. Videat etiam, non secus ac Sacerdos, quibus eum pra-

THESAURVS MISSÆ. 201  
præsentem iam oculis & corde  
visurus sit & honoraturus; at-  
que hoc maiorem in eo deuo-  
tionem, amorem, timorem &  
cordis teneritudinem excita-  
bit, quam si vocalem oratio-  
nem decurreret, quod in alia  
Missæ parte facere poterit.

### CAPVT XXIII.

QVOMODO IN SAN-  
ctissimo Sacramento Christus  
Dominus adorandus sit,

**A**dorare, propriè est in-  
ternam reuerentiam de-  
ferre alicui ob excellen-  
tiam, quam in eo agnoscimus;  
quam reuerētiam interdum ex-  
terio-

terioribus cæremonijs proteftamur. Hoc modo adoramus reges terræ, agnoscendo in illis potestatē & dominium, quod in nos habent. Hoc item modo adoramus Sanctos ob dignitatem quā habent quod sint serui Dei: quæ haud dubiè & sine comparatione vlla maior est, quam omnes terræ dignitates & eminentiæ: scruire namq; Deo regnare est. Reuerentiam hanc & cultum Theologi vocant *Dilectionem*, quod latinè sonat *seruitus*; & communiter accipiūt pro cultu quo Sanctos, velut seruos & amicos Dei honoramus. Alia reuerentia & maiori quodā cultu quam prior, adoramus Beata-

tam

THESAURVS MISSAE. 203

tam Virginem, eò quòd in ipsā maiorem quandam agnoscimus excellentiam, quàm in reliquis Sanctorum, quòd nimirum vera Dei sit mater; & hunc adorationis modū, quo Deiparā colimus, *hyperduliam* nuncupāt: qui est maior & dignior quidā cultus, quàm quàm reliquis Sanctis impendimus, Dominū Deū, obesse sui diuini excellentiā adoramus cultu sine cōparatione longè digniori, quē *latriam* dicunt: quæ vox etiā feruitutem sonat; cæterū accipititur pro solo cultu quo Deum honoramus & adoramus, internè cū reuerendo; & velut supremum & universalē omnium creatorū, & omni-

omnium quæ etiam creare po-  
test (quæ infinitè plura sunt)  
Dominum habendo; quin etiā  
potestatem, sapientiam, boni-  
tatem, sanctitatem, & gloriam  
infinitam, quam ipse propriam  
& à se, & per diuinam suam na-  
turam habet, vñà cum infinitis  
alijs perfectionibus, quæ in ip-  
so non sunt aliud, quām simpli-  
cissimum ipsius esse, illi ascri-  
bendo; insuper illum ut natu-  
ræ, gratiæ, & gloriæ omnis Au-  
torem, & omnium rerū prin-  
cipium & finem agnoscendo.  
Hinc sæpenumerò cultum ex-  
ternis quibusdam cæremonijs  
declaramus, quales sunt pecto-  
ris tunlio, qua ad instar publi-  
cani,

THESAVRVS MISSAE. 205

cani, esse nos peccatores, & ipsum peccata remittere protestamur; genuflexio, qua nos totos illi velut subiijcimus; thuris suffitus; & lingua sacrificium laudis illi offerre dicendo, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto*, & alia laudum cantica illi decantarē. Consecratione igitur in sacratissima hostia & calice iam peracta, ijs externe cæremonijs sanctissimum Sacramentum adorandum est, quibus Deum ipsum adoramus; atque hinc tum temporis genua flectimus, pectus tūdimus, thus adolemus, & cantatur, *Benedictus, qui venit in nomine Domini*, Interne vero Iesus Christus in

S San-

Sanctissimo Sacramento adorandum ut Iesus Christus verus Deus & homo, cum nihil praeter ipsum inibi contineatur: quem, utpote verum Deum, in corde nostro ut naturae, gratiae, & gloriae Auctorem, Creatorem, Saluatorem & Glorificatorem nostrum agnoscere debemus, attribuendo illi omnia quae Deo attribuenda esse diximus, cum ipse vere Deus sit; & in omnibus necessitatibus nostris opem & remedium ab ipso poscere. Hac verò Christi Domini, non exteriori modo, ritu, pectus scilicet percutiendo, verum etiam interiori, eum velut Deum, Dominum ac Saluatorem habendo.

do, adorandi ratio maximam  
homini consolationem, teneri-  
tudinem, affectum & amore in  
corde adferet, videti habere se  
præsentem Deum, omnibus ne-  
cessitatibus suis mederi adeò  
potente, & ad id faciendū adeò  
beneuolum & promptum, non  
minus quam olim, dum in mundo  
ambulauit, in quo ( teste A-  
postolorū principe Petro) Act.  
1. Per trāsūt benefaciōdo, & sanan-  
do omnes oppressos à diabolo; & nō  
minus quam modō, est in cælis  
habitās; nā in Christum in quā-  
turn Deus nō cadit mutatio, ne-  
ue etiā in quātū homo suā mu-  
tat, aut mutauit conditionē, nec  
vnquā mutabit: volūtatē. n. quā

S 2      habuit

habuit ad nobis beneficiendū,  
etiam modò habet, & perpetuò  
retinebit. Cùm ergo hostia sa-  
cra in altum eleuatur, non in so-  
la eiusdem albedine & rotun-  
ditate quā oculis cernimus ob-  
tutus figatur, nec sufficiat no-  
bis pectus tundere, sola lingua  
dicendo, *Adoramus te Christe:*  
*verum etiam fidei oculis consi-*  
*deremus Dominum inibi præ-*  
*sentem, & eo quo diximus ho-*  
*nore veneremur: videamusque*  
*quo silentio, timore, reueren-*  
*tia, & amore coram illo consi-*  
*stere debeamus Domino & Re-*  
*ge, ante quem cœli tremunt po-*  
*testates; & num satis futurum*  
*sit, uno poplite flexo cum co-*  
*lere,*

THESAVRVS MISSAE. 209

lere, & alterum velut id probosum foret, inflexum tenere, maiorem omnipotenti Deo exterius honorem non deferendo quam dominæ suæ puer honorarius, dum eam alloqui tur, Deoque mulierculam in hoc reuerentia genere adæquando.

CAPVT XXIV.

QVOMODO SANCTIS-  
simum hoc sacrificium Patri a-  
terno sit offerendum, & qua  
intentione.

**I**N omnibus sanctissimi sa-  
crificij Missæ mēbris, & mo-  
mentis, in quibus maior cō-  
solutionis & gaudij spiritualis

S 3 ma-

## 210 SPIRITALIS

materia sita est, præcipuum est  
id, quando iam peracta eleua-  
tione Sacerdos innocentissimū  
Agnum, qui aufert peccata mū-  
di, Deo Patri offert, piam hanc  
orationem decurrens: *Vnde &*  
*memores, Domine, nos seruitui, sed*  
*& plebs tua sancta, eiusdem Chri-*  
*sti filij tui DOMINI nostri, tam*  
*beatæ passionis, nec non & ab in-*  
*feris resurrectionis, sed & in celos*  
*gloriosæ ascensionis; offerimus pre-*  
*claræ Maiestati tuæ de tuis donis ac*  
*datis, hostiā purā, hostiam sanctam,*  
*hostiam immaculatā, panē sanctū*  
*vitæ æternæ, & calicē salutis perpe-*  
*tuæ; quæ sanctæ matris Ecclesiæ*  
*funt verba ut fidei oculis con-*  
*sideret quæ dicat, & quid ante*  
*se habeat. Consideremus ergo*

THESAVRAS MISSAE. 21

hunc Dominū primò respectu  
Patris sui æterni, in quem ipse  
velut filiū suum carissimum re-  
spicit, de quo in Transfigurati-  
one & Baptismo olim dixit,  
quod semper pòst corde inscul-  
ptum gerit Matth. 3. & 12. *Hic  
est filius meus dilectus, in quo mihi  
benè complacui.* quæ cùm ita sint,  
magna consolatione perfusi ad  
Missam dicendā & audiendam  
abibimus, cumq; sancta quadā  
præsumptione & delectatione,  
quòd Deo oblatū eamus rē ocu-  
lis ipsi cariorem, & illi summo-  
perè placentem. Atq; hinc sta-  
tīm Sacerdos illud à Patre ca-  
lesti hac quæ sequitur oratione  
cōtendit dices, *supra quæ propitio-*

S 4 ac se.

ac sereno vultu, &c. vt scilicet  
benignè placideq; admittat do-  
num & oblatum illud, quod il-  
li offert Ecclesia, ipsumque ac-  
cipere dignetur, vti olim sacri-  
ficium innocentis Abели, mag-  
ni Patriarchæ Abraham, sancti  
regis & sacerdotis Melchisede-  
ci admittere non est dedigna-  
tus. Et sanè benignoribus hoc  
ipsum oculis Pater æternus re-  
spiciet, cùm vetera illa sacrificia  
non nisi umbra & figura qua-  
dam fuerint, hoc verò res ipsa  
figurata & veritas. Respiciamus  
ipsum deinde velut quid no-  
strum, cùm reuera noster sit;  
cùm nobis illum dederit is, qui  
dare potuit, Deus nimirum,  
quem

quem nunquam quidquam de-  
disse pœnitet, nam *sine pœnitentia* sunt dona Dei. Rom. 12. Vi-  
deamus quām multa in eo ha-  
beamus, quæ sunt nimirūm *in-  
uestigabiles diuinitati Christi*, vt ait  
Apostolus Ephes.3. Ut verò a-  
liquid quoad illas intelligamus  
& fide perspiciamus, quanto-  
perè nos ditet vna Missa benè  
dicta vel benè audita, præsup-  
ponamus oportet, Christū Do-  
minum iam inde à primo inef-  
fabilis Incarnationis suæ insta-  
ti, velut omnium prædestina-  
torum, qui in libro vitæ, id est  
diuino intellectu scripti sunt,  
caput, statim obtulisse se ad Pa-  
tris sui voluntatem in omnibus

quæ

quæ mādaret adimplendā, idq;  
vt mereretur nō sibi, qui eā iam  
habebat, sed illis, gratiā & glo-  
riam, atq; hoc sensu illud Pro-  
phetæ usurpauit, P sal. 39. In ca-  
pite libri scriptū est de me, vt faci  
voluitatē tuam, Deus meus volui,  
& legem tuam in medio cordis mū  
insculptā habeo. Sola hac gratuita  
& voluntaria fui oblati onequā  
**Christus Dominus noster, Deus**  
& homo tum peregit, infinitū  
promeruit, & infinitis mundis  
gratiā & gloriam acquisiuit.  
**Hinc etiā sequitur, quod quo-**  
niam omnes eius cogitationes,  
verba & opera, etiā ad vñq; pas-  
suū & pedum motum quē fa-  
ciebat, & verbū quod loqueba-  
tur.

THESAVRVS MISSAE. 215

tur, erat actus personæ, horum  
singulis merebatur quod pri-  
mò, id est infinitū: adeò ut se-  
cundum hoc, & secundū multi-  
tudinē actuum, virtutum, quos  
Christus toto vitæ suæ sanctif-  
simè tēpore fecit, innumeris vi-  
cibus infinitum nobis promeri-  
tus sit, ut ita copiosa nostra fo-  
ret redemptio ad nostrā confo-  
lationē. Quid igitur Sacerdos,  
qui fidei oculis corā se spectat  
donum aliquod suum, eò quòd  
Deus illi dedit ob quod penè  
infinitis vicibus infinitæ grati-  
arū illi actiones habendæ, ut ex  
omnib. illis velut re sua fructū  
aliquē percipiat, quid inquam  
sentiet? aut quid sentiret, si ip-  
sū fidei viuacitate perspicieret?

idq;  
iam  
glo-  
Pro-  
n ca-  
faciū  
olui,  
mū  
ruita  
quā  
Deus  
nitū  
ndis  
uit.  
uo-  
nes,  
oaf-  
fa-  
ba-  
ur.

Certissimum est autem magis  
illum vna Missa ditandum quā  
omnibus rebus à Deo creatis.  
Quoniam primarium & præci-  
puum, quo in hac vita maximè  
opus habemus, est ipsa pecca-  
torum remissio & gratia: vnde  
S. Ioannes scribit I. Ioan. I. Ad-  
uocatum habemus apud Patrem,  
Iesum Christum Iustum: & ipse est  
propitiatio pro peccatis nostris, non  
pro nostris autem tantum, sed etiā  
pro totius mundi; adeò ut in Mis-  
sa reperiatur pretiū, quod pro  
omnibus meis, & omniū homi-  
num totius mundi peccatis per-  
soluat, si modò se disponant  
ut ipsum sibi applicent; que co-  
gitari maior opulentia & the-  
saurus

THESAVRVS MISSAE. 217

saurus potest, quam habere in  
Missa pretium, quod pro om-  
nium mortalium delictis sol-  
uatur? cùm vnicum peccatum  
mortale tam ingens sit debitū,  
vt si qui ipsum committit, suis  
id persoluere viribus & è patri-  
monio proprio deberet, in om-  
nem æternitatem id redimere  
non valeret, etiā si omnia in-  
fernī tormenta solus pateretur.  
Per ipsum quoq; accessum ha-  
bemus ad agendum cum patre  
cœlesti, & omnia gratiæ dona ab  
eodem impetranda, vti testatur  
Apostolus de Iudæis & genti-  
bus loquens, Ephes. 2. Et veni-  
ens euangelizauit pacem vobis, qui  
longè fuistis, & pacem ijs qui pro-

T

pè:quo-

gis  
quā  
tis.  
eci-  
mè  
cca-  
nde  
Ad-  
em,  
e est  
non  
etiā  
Mis-  
pro,  
mi-  
per-  
ant  
co-  
he-  
rus

pè: quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno Spiritu ad Patrem. Omnes hasce diuitias in una habemus Missa quæ Deo offertur primò ad gloriam & honorem, & ad illi beneplacēdum, & vt offeratur illi donum infinita quadam ratione eum delectans, nos ipsos & omnia nostra cū ipso simul offerēdo, vt per ipsū nos & omnia nostra illi grata accidamus. Secundò, in gratiarum actionē pro omnibus beneficijs, quæ à manu eius recepimus, & recipere speramus. Tertiò, in omnium dilectorum nostrorum remissionem. Quartò vt per Iesū Christum à Patre coelesti Spiritum Sanctum,

THESAVRVS MISSAE. 219

Sanctum, id est, omnia dona &  
gratias suas, quibus ad instar fi-  
lij eius Carissimi in hac vita,  
pro viribus illum imitando vi-  
uamus, recipere mereamur. De  
hac oblatione superius latius  
actum est cap. nono, dum de  
præparatione ad Missam lo-  
quebamur. Inde quæ  
hic defunt, sumi  
poterunt.

T 2 CA-

## CAPVT XXV.

DE SEVMEMENTO COM-  
memoratiōne defunctorum, quā  
in Missa fit.

**I**udas Machabæus cūm ma-  
gnā auri vim collegisset, quā  
superstites in eleemosinam  
2. Machab. 12. contulerant, vti  
sacra narrat historia, eam Iero-  
solymam misisse legitur, vt pro  
defunctorum illa peccatis Deo  
offerretur: per peccata porro  
hoc loco intelliguntur pœnæ,  
quas pro ijsdem in purgatorio  
luere debebant. Subiectit ve-  
rò mox

rò mox Scriptura sacra, *Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur.* Ex hoc loco manifestè colligere est, amicorum Dei adhuc viuetium orationes, eleemosynas, ieiunia, aliaque opera pia animabus in purgatorio detentis prodeflere, & ad satisfactionem pœnarum, quæ pro peccatis luentæ ipsis restant, non mediocriter conferre. Si ego oblatus Deo per modum eleemosynæ, panis, vel pecunia, & ieiinium, aliaque pia fidelium exercitia, defunctis tantum emolumenti afferunt, quid non sacrificij huius virtus, quæ infinita est, efficiet, in quo Patri æter-

T 3 no

no filius vnigenitus, Iesus Christus, cum omnibus, quæ toto  
vitæ suæ cursu sibi acquisiuit  
meritis, quæ infinita sunt, offer-  
tur? Hæc autem animabus pur-  
gatorijs applicantur, secundum  
diuinæ iustitiae & misericordie  
dispositionem, quæ eadem pro  
illis acceptat, ea ipsis plus vel  
minus iuxta diuinæ ipsius vo-  
luntatis acceptanceonem appli-  
cando. Prodest insuper anima-  
bus, præter ipsam sacrificij vir-  
tutem, ipsa particularis sacer-  
dotis in Missa deuotio, & satis-  
factio, quam ipse à parte sua,  
per opus hoc, quod agit ut mi-  
nister Ecclesiæ, applicat. Hac  
item ratione qui Missam audi-  
unt,

unt, suo diuinum hoc sacrificium modo Patri cœlesti pro defunctis offerre possunt, in corde suo dicentes, Offero diuinæ tuæ Maiestati, Domine, sanctissimi filij tui Iesu Christi merita pro his & illis, & adeò omnibus animabus in purgatorio detentis, quas obsecro à pœnis quas patiuntur liberare digneris. Et verò certissimū est, viuos, Deum pro defunctis exorādo, plurimum promererī, & animas, quæ per sacrificia & orationes ipsorum purgatorio egrediētur, si fortè vel vna hora antè eodē egressuræ sint, ut Dei cōspectu perfruātur, quā gratissimas fore, & benefactorib. suis

T 4 egre-

Chri-  
toto-  
sicut  
ffer-  
pur-  
lum  
rdie  
pro-  
vel  
vo-  
oli-  
na-  
ir-  
er-  
f-  
a,  
i-  
c

egregiè & quam amplissimè  
pensuras, pro illis Deum in ce-  
lis orando.

## CAPVT XXVI.

DE ORATIONE DOMI-  
nica, vel Pater noster.

**H**Ac nos oratione docuit  
Christus orare; & à Pa-  
tre suo remedium & au-  
xilium in omnibus necessi-  
tatibus tum spiritualibus, tum  
corporalibus petere. quam ma-  
xima breuitate & compendio  
se explicabimus, vt quando le-  
gitur aut legi auditur, sciamus  
quid à Domino Deo petamus.  
Primum verbū pater excitat in  
no-

THE SAVRVS MISSAE. 225

nobis affectum amoris & fiducię; cū filij naturaliter amēt Patres, & ad ipsos magna cum fiducia accurrant, petitur quod opus habent; certi id ipsum se consecuturos. Secundum verbum, noster denotat, esse nos omnes vnius patris filios, & vt tales inuicē amare debere. Redemptor Iesus in oratione quā in horto ad patrem habuit, dixit Pater mi; quòd ipse solus naturalis Dei sit filius; nos vero dicimus, noster; eò quòd multi Dei simus filij, non quidem natura, sed adoptione & gratia. *Qui es in cælis.* Deus quidē omni in loco est per essentiā, præsentia & potentia; in certo tamen

mēr  
in ce  
•  
M L  
ocuit  
i Pa  
z au  
essi  
tum  
ma  
dio  
le  
nus  
us.  
in

tamen loco particulariter esse dicitur, quod ibidem gloriam suam magis manifestet. Et quoniam in iustorum animis, in quibus per gratiam commoratur, magis se quam in reliquis nature operibus reuelat; in celis esse dicitur, quod in scriptura hoc nomine iustorum animæ appellantur: in celis etiam esse & versari dicitur id est in loco altissimo & maximè eleuato, quem Beatorum habitationi reseruauit, quod ibidem suam magis gloriam manifestet & aperiat. *Sanctificetur nomen tuum.* Sanctum Dei nomen in se sanctius esse non potest, quam  
reuera

THESAVRVS MISSAE. 227

revera sit, neve eius gloria, maiestas, aut magnitudo crescere, nam ipse in se per naturam immensus est & infinitus : at in creaturis eius crescere gloria potest ; & ea ipsa tum crescit, cum plures animæ ipsum agnoscunt, adorant, seruiunt, & amant, in quo vera sanctitas & Dei in creaturis suis gloria consistit, secundum illud Apostoli. *Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra.* In hac ergo petitione velut boni filij petimus, ut Patrem nostrum omnes omnino mortales agnoscant, ament & colant, ac nemo ipsum peccando offendat.

*A due-*

r esse  
oriam  
quo-  
s, in  
hora-  
i quis  
n c-  
facia  
rum  
set-  
d est  
ele-  
ita-  
dem  
stet  
tu-  
n se  
ani  
era

*Adueniat regnum tuum.* Hic petitus, vt non regnet in nobis peccatū; nā qui peccatum facit, seru' est peccati, sed vt solus per gratiā in nobis regnet De', ipsi q; diuinæ eius maiestati obediām', & illi velut legitimo ac naturali Regi nostro seruiamus.  
*Fiat voluntas tua.* Hæc petitio nō multum à superioribus differt, cum idem in substantia contineat, etsi alijs verbis postulemus, vt Dei voluntas fiat. Quæ verò adduntur verba, sicut in cælo & in terra, ad tres superiores petitiones referuntur: vt, sicut Deus glorificatur, & regnat, & voluntas eius fit in cælo, id est, sicut cum glorificant,

cant, laudant, eiusque voluntatem faciunt Beati, sic eam homines adimpleant in terra. Hęc tria primo loco, velut boni filij, petimus ad gloriam & honorem patris nostri: sequentia verò pro nobis petimus, *Panē nostrum quotidianum dā nobis hodie;* quo poscimus sustentationem corporis & animæ: pro corpore quidem alimentum, sanitatem, vestitum, in omnibus necessitatibus nostris auxilium, subministracionem omnium, quibus ad vitam tolerandam opus habemus. Pro anima triplicem panem postulamus; primò panem verbi Dei, quo anima sustentatur, iuxta il-

230 SPIRITUALIS

Iam Domini sententiam, Non  
in solo pane viuit homo, sed in omni  
verbo quod procedit de ore Dei, &  
doctrina diuina, qua anima  
sustentatur. Secundus panis,  
quem petimus, est panis lacry-  
marum & pœnitentiæ, quibus  
animæ infirmitates, id est, pec-  
cata, curantur. Sicut, verbi gra-  
tia, ægrum magis sustentat ca-  
tapotium, quo praui humores,  
à quibus enecaretur, pellun-  
tur, quam panis, quem come-  
dit. Panem hunc postulabat  
propheta Regius, dum ait,  
¶psalm.55. Cibabis nos pane lacry-  
marum. Pane hoc vescimur,  
dum conscientiam nostram

excus-

excutiendo, peccatorum commissorum dolorem concipi mus, & eorum emendationem proponimus; tum verò magis, cùm eadem confitemur & plágimus, firmo concepto, numquam eorumdem denuo committendorum proposito, idque in sancto pœnitentiæ Sacramento. Tertius panis, est sanctissimum Eucharistiae Sacramentum. Hinc & alias Euangeliſta loco horum verborum, Matthæi 6. Panem nostrum quotidianum, habet, panem nostrum supersubstantialem. Cùm dicimus, quotidianum, & da nobis hodie, commonemur,

V 2 quo-

quotidie nobis doctrinæ panē  
esse comedendum; sæpenume-  
ro Dei verbum audiendo, sæpè  
confitendo, & communionem  
sacram frequentando. Videtur  
namque non intelligere quæ  
petit, aut si intelligat, non pe-  
tere cum desiderio & volunta-  
te petita obtinendi; qui quod  
petit pro diem hodierna (Deo  
ita peteret inuitante) non nisi  
post annum euolutum, aut serò  
admodum, comedit. *Et dimitte*  
*nobis debit a nostra, sicut & nos di-*  
*mittimus debitoribus nostris.* Hic  
à Deo contendimus, nobis ut  
delicta dimittat, quæ propriè  
debita vocantur; quod ob v-  
num peccatum letale, iustè  
merito-

meritoq; eternam inferni pē-  
nam Deo debeamus . Petimus  
ergo à Deo, vt à culpa, & infer-  
ni pœna nos liberet . Non est  
porro necesse pluribus hic pro-  
sequi, quanti sit, quod hīc à  
Deo petimus, momenti; nam  
reuera non est minus, quam  
nō perpetuò igne tartarco tor-  
queri, & diuino cōspectu æter-  
num perfrui . Porro notandum  
est, cūm hoc petendo dicimus,  
*sicut & nos dimittimus debitori-*  
*bus nostris*, nos præsupponere,  
quòd si nos aliquis offendit  
aut iniuria afficit, offendam  
iam nos illi omnem remittere.  
Si enim iniuriam memori

V 3

men-

mente seruamus, Deum aduersus nos ipsos prouocamus, cum petamus, ut ita faciat nobis, sicut nos alijs. *Et ne nos inducas in tentationem.* Hac petitione à Deo poscimus, ut si ad nostri exercitationē & probationem nos tentari permittat, minimè nos cadere sinat, sed gratiam nobis ad temptationem superandam elargiatur. *Sed libera nos à malo.* Hic petimus, ut ab omnibus nos malis periculis, & aduersitatibus corporis, & præfertim animæ, quæ sunt peccata, liberet. Nihil quippe est, quod absolutè dici malum queat, præter quām peccatum,

quod

quod ex se & propriè malum  
est, & omnibus, quibus aliquid  
dici potest, malum est. Pecca-  
tum, inquam, malum ex se est,  
& per seipsum. Malum, in-  
quam, eò quòd omne, quod il-  
li adhæret, licet optimum sit,  
malum faciat, uti malos fecit  
dæmones cùm boni essent an-  
geli, & hominem fecit malum,  
cùm DEVS eum bonum crea-  
set. Malum, quia Deum offen-  
dit, quo nullum deterius fin-  
gi malum potest. Malum, eò  
quòd Christum Dominū cru-  
ci affixit, qui pro peccatis  
nostris mortem oppetijt, &  
quotiescumque quis peccatum.

V 4 le-

letale committit, denuo illum  
quodāmodo crucifigit. Malū  
quia necat animā, grātia eā Dei  
spoliando in qua eiusdem vita  
consistit. Malū quōd per ipsū,  
omne quod ad regnū cēlestē ha-  
bemus ius, quādo sumus in gra-  
tia, velut adoptiui Dei filij, pe-  
nitus amittamus. Malū deniq;  
quōd per ipsum æterno inferni  
supplicio & igni addicamur. Ab  
hoc ergo ingenti & abomina-  
bili malo petimus à Deo libe-  
rari. Voce *Amen* ratificamus per  
omnia quæ petijmus, & desi-  
derium ostendimus ob-  
tinendi à Deo ea quę  
iam petijmus.

CAPVT

CAPVT XXVII.

DE AGNVS DEI ET  
communione.

DVm dicitur *Agnus Dei*,  
Christum Dominum  
inuocamus, eum Dei fi-  
lium, & agnum innocentissimū  
confitendo, qui quò peccata  
mundi auferret, sanguinem ef-  
fudit. Petimus ergo vt miseri-  
corditer nobiscum agat, pecca-  
ta nostra auferendo & ignos-  
cendo; quæ sanè maxima est  
quam habere possumus, mife-  
ria. Cùm ergo talem in Missa  
occasione habeamus, non an-  
tē templo egrediamur, quan-  
tum

tum quidē potuerimus, quām  
horū remissionē obtainuerimus.  
**Q**uin etiam dum petimus no-  
strī vt misereatur, rogamus  
nos ad pretiosissimi corporis  
fui ac sanguinis cōmunionem  
præparet, cūm sine eiusdem fa-  
uore & gratia dignè ipsum re-  
cipere nō mereamur. Hoc ad-  
modum particulatim suis in o-  
rationibus sacerdos petit, quas  
communioni præmittit. Qui  
verò Missam audit, spiritualiter  
communicare allaboret, &  
non mediocrem gratiæ sanctissimi  
huius sacramenti partem  
consequetur. Huius occasione  
sciendum est, tres à Doctori-  
bus

THE S A V R V S M I S S A E . 2 3 9  
bus diuini huius sacramenti re-  
cipiendi modos tradi. Primus  
est solum sacramentalis , quan-  
do scilicet quis communicat  
in peccato letali ( vti commu-  
nicauit Iudas ) qui quidem Sa-  
cramentum recipit, non tamen  
eiusdem gratiam , nec virtu-  
tem, Qui hoc ad communio-  
nem accedit modo , grauissimè  
peccat , & abominabile com-  
mittit sacrilegium : dicit enim  
Apostolus, qui panem hunc in-  
dignè , id est, cum conscientia  
peccati mortalis, sumit , pre-  
tiosi esse corporis & sanguinis  
Domini nostri I E s v Christi  
reum, nō secus ac qui eum cru-  
ci affixerunt. Secundus com-  
muni-

240 SPIRITUALIS  
communicandi modus est sa-  
cramentalis simul & spiritua-  
lis: hoc modo communicant fi-  
deles omnes, qui in statu gra-  
tiæ sanctissimum hoc Sacramé-  
tum recipiunt, vel in eadem  
viuendo, in eaque se conserua-  
do, vel, si peccati mortalis rei-  
fuere, ipsum ante confessione  
expiarunt. Qui hac ratione  
sacræ communionis partici-  
pāt, maiorem vel minorem ē  
sacramento hoc gratiam reci-  
piunt pro dispositione, devo-  
tione, & præparatione, qua ad  
ipsum recipiendum accedunt.  
Tertia communicandi ratio  
est merè spiritualis. Hoc com-  
municare modo possunt in  
Missa

THESAVRVS MISSAE. 241

Missa, quin imò sèpius per diem, fideles omnes, primo credendo, Iesum Christum, Redemptorem nostrum, verè in sanctissimo hoc Sacramento præsentem esse, & ipsum ut talem recipere desiderando. Qui ergo Missam audit, ipso communionis tempore dicere in corde suo potest, firmissimè credo, Domine Iesu Christe, esse te in sanctissimo hoc Sacramento præsentem, & velim ipse modò omnium Sanctorum in cœlo iam regnantium puritatem, sanctitatem & virtutes habere, ad te intra viscera mea digne recipiendum: et si modò mihi liceret, te libenter recipe-

X rem:

rem: cæterūm ipsum non facio,  
nec sanctissimum corpus tuum  
hodie recipio, quod me non ita  
ut oportet, paratum sentiam:  
sufficit mihi modò hocce de-  
derium quod ipse mihi conce-  
dere dignaris, & tua adiuuante  
gratia, me dignè disponam, ut  
tali vel tali te die recipiam.  
Hęc communicandi ratio apud  
spirituales & pios admodum  
frequens est, & summè merito-  
ria. Et res clara est, vti è contra-  
rio actu apparet: nam vt graui-  
simè peccaret is, qui numquam  
communionem adire propo-  
neret, sic qui è contra id facere  
proponeret, si posset, existens  
in gratia, multum mereretur:

cum

THESAVRAS MISSAE. 243

cùm Deus non minùs sit ad remunerandum hîc per augmentum gratiæ, at postea per gloriam, determinatam sibi serviendi volūtatem bonus, quām ad pœna æterna eam ipsam firmam sui offendendi voluntatem castigandam iustus.

X 2

CA

## CAPVT XXVIII.

DE FRVCTV, QVEM  
è sacra communione elicere  
oportet.

PRæcipuus, quem è sacra cō-  
munione haurire debemus,  
fructus consistit in nos Christo  
Domino tali ratione vniendo,  
vt ex sanctissima eius anima &  
nostra vna dumtaxat fiat, & è  
sacratissimo illius corpore si-  
mul & nostro, per vitę morum  
que similitudinem vnum con-  
stituatur. Declarauit hoc ipse,  
dum de principali mysterij hu-  
ius.

THESAURVS MISSAE. 245

ius fructu loquēdo ait, Ioan. 6.

*Qui manducat meam carnem, &  
bibit meum sanguinem, in me ma-  
net, & ego in eo.* Atque hoc si-  
gnum est, quempiam ita vt o-  
portet communicasse, si ipse in  
Christo maneat, & vicissim  
Christus in ipso. Vnde & Di-  
uus Augustinus, *Signum, in-*  
*quit, quia manducavit & bibit,*  
*hoc est, si manet & manetur; si ha-*  
*bitat & inhabitatur; si hæret, vt*  
*non deseratur.* Multæ quidem  
comparationes peti possunt à  
rebus quæ quotidiano in vſu  
sunt, quibus admirabiles vnio-  
nis huius effectus exprimun-  
tur; optimè autem eos expri-  
met ferrum candens. Inijcit,

X 3 verbi

M  
cō-  
us,  
lto  
do,  
&  
& è  
si-  
m-  
on-  
se,  
nu-  
ius.

verbi gratia, faber ferrarius in  
fornacem ferream laminam,  
duram, frigidam, nigram, sor-  
didam, & aspectu turpem: mox  
ignem follibus excitat; quem  
vbi flamma exsurgere cœperit  
altius, iniectâ frigidâ mitigat,  
ut calor eo fiat intensior. post-  
quam iam summè incaluit, la-  
minam fornace educit, & quæ  
dura initio erat, mollis, flexi-  
bilis, ductilis, & mallorum  
ictibus admittendis apta edu-  
citur, ut inde in quamcumque  
aptari formam queat; & quæ  
nigra, turpisque fornacem in-  
trarat, velut aurea & pulchra  
exit; quæ frigida, velut in ig-  
nem

THESAVRVS MISSAE. 247

nem conuersa egreditur , scin-  
tillantes scorias vndique eiacu-  
lans. Eodem modo & in corde  
nostro res peragitur. Quid e-  
nim aliud est sanctissimum Eu-  
charistiae sacramentum, quo Ie-  
sus Christus, Deus simul & ho-  
mo verus, continetur, quam ig-  
nis diuini amoris fornax ? Deus  
noster, inquit Apostolus Hebr.  
14. *ignis consumens est;* quod cor-  
pus & anima eius sanctissima  
personaliter Verbo diuino,  
quod per essentiam suam to-  
tum amor est, unita sint. Quid  
autem aliud est communicare,  
quam cor in furnum hunc inj-  
cere, & in hac amoris fornace i-  
psum succedere, igne ipsum co-

sideratione eorum quæ in my-  
stico hoc bolo mihi dantur, id  
est, omnium illorum, quæ mihi  
dare Deus potest, excitando;  
quin etiam interdum nimium  
erumpentes inordinati concu-  
piscentiæ amoris flamas con-  
sopiendo, ut diuini amoris in-  
cendium magis inualescat & ac-  
cendatur? Ex hac ergo fornace  
cor, quod, licet aliquo modo  
in gratia, minus tamen ductile,  
ipsam intravit, egreditur velut  
carneum, molle, aptumque, ut  
à diuina manu in quamcumque  
formam coaptetur: quod mi-  
nus splendidum & fulgens in-  
travit, exit pulchrum, diuinæ  
que gratiæ fulgoribus & radijs  
illustre:

illustre: quod minus feruidum  
intravit, exit ardens, & cha-  
ritatis & amoris erga Deum &  
proximū flammis penitus suc-  
censum, scintillas igneas ore,  
id est opera misericordiæ, ej-  
ciens: quod debile & infirmum  
intravit, egreditur terribile, &  
dæmonibus formidabile, forti-  
tudine leoni factū per simile. E-  
gregiè hoc & diuinè declarauit  
D. Chrysostomus, dices, Hom.

62. *Tanquam leones ignem spiran-  
tes ab illa mensa recedamus, facti  
diabolo terribiles, caput nostrum  
reuolentes. Christum Dominū,  
& quantam nobis charitatem in  
sacro hoc mysterio exhibuit.  
Metalla, quorum inter se ali-*  
qua

## 250 SPIRITUALIS

qua similitudo est, dum igne li-  
quefacta sibi inuicem vniun-  
tur, ita sibi permiscentur, vt  
quod erat vñilius, sublimetur,  
valorem & pretium accipiens  
eius quod erat pretiosius, quo  
cum se coniungit; vt si v.g. v-  
nam argenti vnciam octo va-  
lentem regales, cum auri vncia  
centum regalibus æstimata li-  
quefacias, argentum illicò sub-  
limetur, vbi se cum auro per-  
miscet, & vncia quæ non nisi o-  
cto valebat regalibus, iam auro  
immista, valeat quinquaginta.  
Ad eundem planè modum in  
sanctissimo hoc Altaris sacra-  
mento cōtingit, vt, dum anima  
& corpus ipsum recipietis, cum

Chri-

THESAVRVS MISSAE. 151

Christo coniungitur, à vita hominis ad Dei vitā sublimetur. Declarauit hoc Redemptor, cū de sanctissimo hoc Sacramento loquendo ait: Matth. 6. *Misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem, & qui manducat me, vivet propter me.* Id est, sicut humanitas mea, quod eam pater in vna hypostasi cum Verbo coniunxerit, euecta est vt esset Dei persona; sic qui me recipit, ad talem dignitatem euehetur, vt propter me victurus sit, & gratiæ vitam ac diuinam habiturus. Hoc respexisse visus est S. Petrus, dum de diuinis donis, quæ pater æternus per Iesum

Iesum Christum Saluatorem  
& magistrum nostrum nobis  
contulit, loquens, dixit i. Pe-  
tri i. Per quem, filium suum, sci-  
licet Iesum Christum, magna  
nobis & pretiosa promissa donauit  
pater cœlestis, ut per hæc efficia-  
mur diuinæ consortes naturæ. Ca-  
terum nihil magis propriè de-  
clarat quid homo recipiat, &  
quantum cor, dignè hoc sacra-  
mentum sanctissimum recipi-  
endo melioretur, quam ipsa  
quæ ex pauxillo illo aquæ & vi-  
ni, quando sacram calicem ad  
mysterium hoc celebrandum  
permiscemus, fit mixtio. Aquæ  
enim, quæ vino immiscetur, sic  
ut quætitate minor, vinū quod  
for-

fortius est, ad se violéter attrahit, & adeò quidem, vt eam totam in se conuertat & transformet, ita vt nec sapor, nec color aquæ iam mutatæ, & in vinum conuersæ maneat. Idem accidit homini, qui per sanctissimum hoc sacramentum dignè receptum, Christo se vnit, vt sicut Christus est cibus viuus & virtutis infinitæ, ita totum hominem in se conuertat & commutet, adeò vt in vita, cogitationibus, desiderijs, verbis deniq; suis iam nō amplius sonet hominem, nec homo appareat, sed instar Christi viuat, & velut alter Christus in terra appareat, & locum in ipso habere compe-

Y ria-

## 254 SPIRITUALIS

riatur, quod de se dicebat A-  
postolus, Gal. 2. Viuo autem, iam  
non ego, viuit verò in me Chri-  
stus, quasi diceret, iam non viuo  
ego, nec sū qui esse soleo, Chri-  
stus verò in me viuit. & quod  
D. Augustino idēmet. Domi-  
nus ait, Nō tu me mutabis in te,  
sed tu mutaberis in me. Atque ad-  
mirabilis hæc vnio non locum  
modò in anima, quæ in uno sp̄i-  
ritu Deo cōiūgitur, ut testatur  
Apostolus, 1. Co. 6. Qui adhæret  
Domino, unus spiritus est; sed ha-  
bet etiā in corpore. Si verò Sa-  
cramētū matrimonij ea virtute  
polleat, ut è duob' corporib' a-  
deò differentib', vti sūt mariti  
& vxoris, unum, & è duabus

carni-

THESAVRVS MISSAE. 255  
carnibus vnam dumtaxat con-  
stituat, vt ipse met Deus confir-  
mat, dicens, Gen. 6. Erunt duo  
in carne vna; & Apostolus Eph.  
5. Iam non sunt duo, sed vna caro;  
quanto arctius & vicinius se no-  
stru corpus vniet corpori Chri-  
sti? Vnde & ibidem Apostolus, sa-  
cramētū hoc magnū est, ego autē di-  
co in Christo & in Ecclesia: id est,  
Magnum quidem est hoc ma-  
trimonij Sacramentum, quod ē  
duobus cōporibus non nisi v-  
num constituit: ego verò dico,  
ipsum figuram vnionis esse, que  
inter Christum & Ecclesiam e-  
ius inuenitur. Adeò ut qui dig-  
nè cōmunicat, nō vnius dūtaxat

Y 2

cum

A-  
iam  
hri  
iuo  
nri  
iod  
ni-  
te,  
ad-  
un  
pi-  
tur  
ret  
na-  
Ba-  
te  
a-  
iti  
us  
i-

## 256 SPIRITUALIS

cum Christo fiat spiritus, sed  
etiam corpus vnum. Quamob-  
rem etiam alio loco dicere au-  
det idem Apostolus, 2. Cor. 12.  
*Vos estis corpus Christi;* perinde ac  
si clarioribus verbis diceret, ab  
hoc ipso die respicite & habe-  
te corpora vestra, velut corpo-  
ra Christi; oculi vestri videant,  
quod Christi oculi videbant;  
lingua vestra loquatur quod o-  
lim lingua loquebatur Christi;  
aures vestri audiant, quod au-  
diebant Christi; manus vestre  
tangant, quod tetigerunt Chri-  
sti, ac velut sacrilegium repu-  
tate, membra vestra ad aliquem  
peccati usum conuertere: quo-  
circa post sacram synaxin velut

impo-

## THESAVRVS MISSAE. 257

impotens & mēbris captus esse  
ac manere homo deberet, quod  
ijs declarat verbis idem Apo-  
stolus, i. Cor. 6. Tolleſ ergo mem-  
bra Christi, faciam membrā mere-  
tricis? absit: quasi dicat, fierine  
queat, vt corporis mei mēbra,  
quæ Christi esse mēbra me cre-  
dere par est, accipiam, & eadem  
peccando meretricis membra  
efficiam? nunquam rem huius-  
modi permittat Deus. Cæterū  
nihil meo iudicio & vniuersa-  
liū & magis propriè admirabi-  
les sanctissimi sacramenti effe-  
ctus declarat, quām fermētum,  
vti egregiè declarat S. Cyrillus,  
qui cùm dixisset, lib. 4. in Ioan.  
c. 17. Si quis liquefacta ceræ aliam

T. 3 66

sed  
ob-  
au-  
.12.  
e ac  
, ab  
pe-  
bo-  
nt;  
nt;  
o-  
ti;  
iu-  
ræ  
ri-  
l-  
m-  
o-  
it

ceram infuderit, alteram cum altera per totum commisceat necesse est: sic qui carnem & sanguinem Domini recipit, cum ipso ita coniungitur, ut Christus in ipso, & ipse in Christo inueniatur; mox subiungit, simile quod ammodo apud Mattheum reperies. Simile est, inquit regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum. Mulier, ecce, in pane coquendo pinsendoque versata, tres farinæ modios accipiens, eā colligit, subigit, & pallillum ferméti es miscet, mox verò eam stragulo cooperit, & quiescere sinit, donec fermentetur, & vniuersa massa inficiatur: nā ī ante fermentationem

THESAURVS MISSAE. 359

p anis clibano inderetur, insipi-  
dus, vesicosus, spongiosus, &  
grauis foret, & stomacho fano  
oppilando, quam egro debiliq;  
personando aptior. Sanctissimū  
Sacramentum cœlestē quoddā  
fermentum est, quod tres veras  
atq; eximias in se complectitur  
substantias, corpus nempe, ani-  
mam ac diuinitatē. qui ipsum  
recipit homo, massa est è tri-  
bus farinæ mēsuris composita:  
vna est ceteris dignior & emi-  
nentior, superior scilicet animæ  
pars, intellectus inquam & vo-  
luntas: alia paulò vilior, pars  
scilicet animalis, in qua appeti-  
tus est sensitius cum omnibus  
suis passionibus, concupiscibili

X 4

iraf-

irascibili, gaudio, tristitia, spe,  
timore, & cæteris passionibus.  
Alia deniq; & omnium postre-  
ma sunt sensus corporis, visus,  
auditus, lingua, olfactus, gustus  
tactus. Quid ergo faciendum il-  
li, qui à communione redit? vt  
prudens pistrix fermentū hoc  
cœleste cum vniuersa hominis  
massa è tribus modis composita  
misceat, subigat & coniungat,  
& tamdiu fermentū hoc quies-  
cere sinat, donec tota massa fer-  
mentetur. Radijs diuinitatis in  
hoc fermento abscondite intel-  
lectum fermentet & volunta-  
tem illum quidem, vt spiritua-  
lia & æterna magni, at tempo-  
ralia pauci facere norit; hanc  
verò,

verò, vt velit quod vult Deus,  
amet quod amat Deus, abhor-  
reat quoque vicissim, quæ ipse  
abhorret. Sacratiſſimā verò  
Christi animā passiones ſapidas  
reddat, vt nimirum illæ mode-  
ratæ & temperatæ rationi fer-  
uiant, quæ concupisibili mani-  
det, vt quæ decent & non alia  
concupiſcat, timori, vt timeat  
quæ reuera timenda ſunt; pec-  
catum ſcilicet, & non amplius:  
irascibili, vt irascatur quando  
& quantum par eſt, non verò  
indebito modo & tempore:  
gaudio, vt bonis cœleſtibus &  
terrenis, in quantum Deus vult  
& non aliter, exultet & fruatur.  
Sensibus denique ſacratiſſimi  
cor-

## 262 SPIRITUALIS

corporis Christi suos condit  
& fermentet, ut oculi nempe  
ipsius videant, quod viderunt  
Christi; aures audiant, quod au-  
dierunt Christi; lingua loqua-  
tur, quæ lingua Christi locuta  
est; manus deniq; illius tangat,  
quod tetigerunt Christi. Non  
verò prius diuinum hoc trium  
farinæ modiorū homo fermé-  
tum relinquat, quàm tota mas-  
sa, id est intellectus, voluntas,  
desideria, affectus, & omnes sen-  
sus ipsius fermententur & sa-  
rem attrahant, vt scilicet ad  
Christi Domini sensuum imi-  
tationem quàm proximè acce-  
derè allaborét. Nā si quid ijsdē  
sine hoc cōdimēto facturus est,

panis

THESAVRVS MISSAE. 363

panis prodibit insipidus, & cogitationes, desideria, visus, auditus, & sermo erunt hominis qui filius sit Adam, opera etiam erunt à massa in peccato concepta ac male condita: at si omnes sensus & potentias sapidas reddat, non aliter operabūtur quam sensus & potētię Christi. Vnde idem qui suprà Cyrillus, Ibid. *Sic paruula benedictio totum hominem ad se attrahit, & sua gratia replet.* hac fiet ut desideria eius sancta, cogitationes cœlestes, verba proximum ædificantia, opera denique gratiæ & tandem gloriæ meritoria futura sint.

Amen.

CAPVT

264 SPIRITUALIS  
CAPVT XXIX.

DE EVANGELIO S. IO-  
annis, In principio erat Ver-  
bum, quod Missam  
claudit.

**N**on sine expressa Dei in-  
spiratione ad Missæ finem  
Ecclesia nobis Sancti Ioannis  
proponit Euangelium, quod in  
illo, velut breui quodam com-  
pendio, omnia eiusdem myste-  
ria conclusisse & comprehendisse  
vifus est Euangelista Ioannes.  
In illo siquidē Verbi diuini es-  
sentiæ, eiusdemq; incarnati, &  
effectuū quos ipius prædicatio  
in mundo effecit, qui nimirum  
sunt oēs omnino homines illu-  
mina-

THESAVRVS MISSAE. 175

minare, & officij quod peracturus venit, quod est nimirū salutē nobis dare & potestatē filios Dei per gratiam fieri, nobis datur notitia. Non mediocrem fructum & consolationem afferret Missam dicentibus, & audiētibus, si breuem aliquam eius declarationem haberent, vel peterent ab ijs, qui eam tradere & possent & scirent; si enim intelligeretur, non parum saperet; & si saperet, nouum quotidie videretur, & nouam consolationem afferret. Ut verò verbī diuini hic perfectiones, quæ in illo nobis traduntur, quæq; Deum ex animo & sincerè amātibus magnum solatium atque

Z animi

animi teneritudinem causan-  
tur, præterea mus, tam etiam  
causabitur audire quotidie læ-  
tum illud nuntium, posse nos  
Dei fieri filios, si modò veli-  
mus.

## CAPUT XXX.

QVAS GRATIARVM AC-  
tiones Deo post Missam persoluere  
debeant sacerdotes, & qui in ea-  
dem communicant, tum et-  
iam ij qui illam au-  
diunt.

**V**T incipiamus ab ijs qui  
nō nisi Missæ interfuerūt,  
quorum minor longè vi-  
detur obligatio; nō deberent hi  
ab eadem exire, mox vbi dictū  
est, Et Verbum caro factum est; tē-  
plo-

THESAVRVS MISSAE. 267  
ploque egredi, sed aliquo saltē  
tempore sacro absoluto inibi  
manere, ad Deo gratias pro tā  
singulari quod ab ipso accepe-  
runt beneficio persoluendas;  
quod nimirum tam sublimibus  
atq; excellētibus illo die my-  
sterijs ad salutem & auxilium  
ipforum peractis interesse me-  
ruerint; quodque Dcus ipsos  
omnium vitæ suæ sanctissimæ,  
passionis, mortis meritorū ra-  
tione tam eximij & diuini my-  
sterij, participes fecerit; quodq;  
Ecclesia exeat meliores, quam  
intrarāt, firmo nūquam post-  
hac peccandi, taliq; Domino  
diligentius seruiendi, eiusque  
feruentiū amandi, proposito

Z 2 conce-

concepto. Qui verò in Missa sa-  
cræ communis facti sunt parti-  
cipes, aut Missam celebrarunt,  
maior ijs Deo pro tam eximio  
beneficio gratiarum agendarū  
incumbit obligatio. Absoluto  
igitur sacro, Sacerdos interim  
dum ad sacristiam redit, seque  
vestibus sacris exuit, gratias a-  
gat recitando antiphonam, *Trium*  
*puerorum, &c. &c.*, *Benedicite om-*  
*nia opera, &c.* sicut in Missali  
præscribitur in Missæ ordina-  
rio. Quo peracto tam sacerdos,  
quàm qui à communione ve-  
nit, aliquantum temporis solus  
se recolligat, cum Deo suo a-  
eturus. Hic aliquas considera-  
tiones & affectus in se excitare  
allabo-

THESAVRVS MISSAE. 269

allaboret deuotionem & pieta-  
tem excitantes. Primò conside-  
ret, habere se iā in pectore Re-  
demptorem suum Iesum Chri-  
stum vt hospitem, & cum quo  
mensē assedit. Aliquantum et-  
iam cū ipso velut ad mensam  
sedente colloquatur: turpe e-  
nim & indecens foret, talem  
hospitem & coniuam cū ci-  
bo ( vt dicunt ) in ore reliquo  
in domo solum relinquere, &  
inuitātem domo se proripere.

Tractet erga illum pro digni-  
tate, ac velut filium eius, cuius  
reuera est, agnoscendo in ipso,  
& diligendo, & gaudendo quòd  
sit eiusdem cū patre naturæ De-  
us, eiusdem potestatis, sapiētię,

Z 3 bo-

## 270 SPIRITUALIS

bonitatis, gloriæ; & vt talem eū  
adoret, & in infiniti illius esse  
Dei consideratione aliquantu-  
lum hæreat absconditus, & ve-  
lut absorptus. Deinde paulò  
magis foras prorumpat, & cum  
anima illa sacratissima familia-  
riter agat, eamque consideret  
sapientia, potentia, sanctitate,  
gratia, virtute, perfectione &  
gloria creata plenam, & verbo  
personaliter vnitam, eiique ob-  
tatum thesaurum, dona, & glo-  
riam qua donata est, congratu-  
letur. Sua illi negotia aperiat,  
confiliū ab ipsa petendo; Chri-  
stus enim, in quantum homo,  
*magni consilij dicitur Angelus.* Et  
anima illa sanctissima internè  
ipsum alloquetur & dicet, quo-

THESAVRVS MISSAE. 27

modo cum Deo in oratione, in officio diuino, in omnibus suis operationib. agere, quo corpus suū modo habere, quo modō facultates datas impendere, quo modo cū proximo, amicis iuxtā & inimicis se gerere debeat: deniq; in omnib. quæ occurrēt sanctissimā illā animā interroget, quo se ipsa modo in tali & tali occurrētiā gereret. Nō parū etiā vtilitatis adferet duorū illorū versuū Dauidicorū in memoriā reuocatio, *Viderūt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei, Regis mei qui est in sācto. praeuenerūt principes coiūcti psallentib. in medio iuuēcularū tympanistriarū: qui licet aliū habeat sēsū, ad hūc tamē*

Z 4 ap-

applicari possunt : Imaginetur  
ergo antè, quām ipse sublimen  
illum Dominum humili domo  
sua, ( quæ tametsi paupercula,  
nihilominus sanctum illius té-  
plum est ) reciperet, præuenisse  
cœlestes principes, id est Ange-  
los, vt Dœum suum, ac Domi-  
num, & regem, in palatium su-  
um, quod est sacerdotis, aut al-  
terius cuiuspiam communican-  
tis anima, introeuntem corām  
cernerent, cantando laudes, &  
cantica vna cum iuuenculis cā-  
taticibus. Atque vt regi in pa-  
latio coram magnatibus & pur-  
puratis solent matronę ac puel-  
læ honorariæ coronam consi-  
dendo cōstituere, sic etiam vir-  
tutes,

tutes, quæ per has iuuēculas in-  
telligi poslunt, in anima illius  
prodeant, ad Deo regi suo, qui  
eandem iam iam subiuit, aliquē  
honorem afferendum. Prima  
prodeat fides, & regis sui ma-  
gnalia celebret ac decantet, Dei  
filium illum, æternum, immen-  
sum, infinitum, quin & purissi-  
mæ Virginis filium, confitēdo,  
ac reliquas eiusdem perfectio-  
nes referendo. Dicat ei spes, ab  
ipso sperare se omnia bona gra-  
tiæ quoad ad hanc vitam, atque  
in primis virtutem illam, qua  
maximè opus habet, & in necef-  
sitatibus suis remedium, & om-  
nia bona gloriæ profutura. Si  
autē spes hęc viua fuerit, magis  
hac

hac ipsa locupletabitur, quām  
omni eo quod hoc mūdo cōti-  
netur, pluris namq; facienda spes  
quædā bona, quām mala posses-  
sio. Prodeat & charitas, & amet  
illū, gaudendo quòd ipse sit is  
qui est, possit, valeat, sciat, quæ  
potest, valet, & scit, & plures a-  
lias infinitas perfectiones habe-  
at, quæ in ipso omnes nōnisi vna  
sunt, id est, simplicissimū illius  
esse. Prodeat denique humili-  
tas, obedientia, adoratio, timor,  
ac reliquæ virtutes, & vnaquæ-  
que cantet prout potuerit, id  
est, Deum suum proprijs suis  
quæque actibus honoret. Ve-  
rūm ante omnia det operā, qui  
Deum suum iam recepit, (quod  
etiam

etiam maximè proprius sanctissimi huius sacramenti fructus est, ut supra suo loco dictum est) det inquam operā vt Christo Domino arctè se vniat, iuxta illam Domini sententiam, Ioan. 6. *In me manet, & ego in eo.* Præparet se denique ad auscultandum Domino, qui in cordibus nostris loquetur; ille enim nos docebit quę magis scire expediet, & quo erga ipsum nos modo gerere debeamus; & pro tractationis illi rā exhibet modo, proxima vice in domū nostram veniet libētius aut illibētius. Ut verò dicta aliquam nobis utilitatem afferant, permaneni referet hæc diligenti meditatione recolere, nonnullis

276 SPIRITUALIS

diebus in sola præparatione di-  
ligentius se exercere, alijs in ip-  
so rerum discursu, & deuotio-  
nis occasionibus, in Missa oc-  
currentibus, alijs denique in  
gratiarum actione persoluenda:  
nam magis profuerit, hoc die  
diutius huic, illo diutiùs illi rei  
vacare, quàm omnibus  
simul quotidie o-  
biter se de-  
dere.

CON-

# CONSIDERATIONES

*ALIQUOT, QVIBVS SACERDOTES iuuentur ad diuinum officium cum deuotione persoluendum.*

## I

**P**ermagni refert, aliquantulum se antè sacerdotem recolligere, & perpendere, quid facturus abeat, iuxta illud Ecclesiastici consiliū, Eccl. 18. *Ante orationem præparat animam tuam, & noli esse quasi homo qui tentat Deum.* Nam is quodammodo tentat Deum, qui in diuini officij recitatione

Aa deuo-

deuotionem quærit, & antè se  
ad illud minime disponit. Qui  
verò cor suum præparat ad cū  
Deo loquendum, iam quodam-  
modo obtinuit, quæ postulat,  
secundùm illud Psalmistæ te-  
stimonium, psal. 110. Præpara-  
tionem cordis eorum audiuit auris  
tua. Perutile etiam fuerit, opti-  
mum & conuenientissimum diei  
tempus ad cum Deo tractandū  
feligere, quin etiam tempus suf-  
ficiens, ne ipsa recitatio præci-  
pitata, sed ut saltem homo cum  
Deo tādiu loquatur, quādiu cū  
alio homine loquitur; nā psal-  
mos & reliqua velut cæci cantil-  
enam decurrere, magna est ir-  
reuerentia. Conducet etiam  
locus,

THESAVRAS MISSAE. 279.

locus, iuxta illud, *Intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum.* procurandum saltem, ut locus, in quo officium recitandum est, decens sit & sine strepitu.

2. Det operam, ut eo spiritu ad recitandum abeat, quo singulos psalmos Dauid dicebat, ut quando dixit psalmum, *Beati immaculati in via;* credendum est, magno illum desiderio succensum seruandæ legis Dei, & voluntatis eius in omnibus faciendæ dixisse. Et quando psalmum, *Benedic anima mea Dominum, & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius;* verisimile fit,

A a 2      il-

tè se  
Qui  
d cù  
lam-  
ulat,  
e te-  
ara-  
uris  
pti-  
diei  
ndū  
uf-  
eci-  
um  
cū  
al-  
ti-  
ir-  
m  
s,

illum dixisse animo ob diuina  
beneficia admodum grato.

Hic attentionis modus homi-  
nibus doctis & literatis admo-  
dum facilis est, qui Psalterium  
& reliquos diuinæ scripturæ li-  
bros intelligunt. Est etiam uti-  
lissimus; nam hoc modo homo  
anímæ imprimit & insculpit id  
quod Spiritus Sanctus in illo  
Psalmo spectauit. Nec verò sa-  
tis esse debet recitati officium,  
intelligere quid in Psalmo illo  
Spiritus sanctus doceat, sed et-  
iam allaboret, vt mens erga hoc  
ipsum afficiatur; atque ita fiet,  
vt breuissimo tempore multis  
suam homo animam virtutibus  
locupletare possit.

3 Acce-

THESAURVS MISSAE. 281

3 Accedat ad recitandum officium diuinum, vt discipulus ad discendum & magistrum audiendum accedens, quod vt faciamus cōfuluit Dauid dicens,  
Psal. 33. *Accedite ad eum, & illuminamini.* Ibi namq; nos docet Deus, quid à nobis requirat. Idipsum fecit idem Propheta cum dicebat, Psal. 84. *Audiam quid loquebatur in me Dominus Deus.* Et quo quis magis vt parvulum se & maiori simplicitate gesserit, eo maiorem recipiet lucem, & magis à Domino Deo edocebitur, iuxta illud, Psal. 118. *Declaratio sermonū tuorum illuminat, & intellectū dat parvulis.*

A a 3

4. In-

4. Internam sancto Dei nomini exhibeat reverentiā, quotiescumq; illud inter recitandū nominabit ; & vbi se rei huic assueverit, facile erit attentionē habere, quæ deuotionem illi & teneritudinē causabitur; in singulis namq; propè versibus occurunt hæc nomina, *Dominus, Deus, Rex, Altissimus, terribilis, omnipotens, aliaq;* attributa diuina.

5. Proderit quoq; interdum attendere ad magnalia & mirabilia Dei nostri, quæ in singulis propè psalmis enarrantur; quæ tanta sunt, nemo ut eadē verbis exponere queat, iuxta illud, *Psal. 105. Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes.*

THESAURVS. MISSAE. 283

*des eius? Quæ vbi in psalmis leget, aut potius Spiritum S. narrante eadem audiet, exultet, & desideret, ut illa magnalia in Deum referantur: qui est maximus amoris actus & summas, quo maiore exhiberi à quoquam non potest. V.g. cùm dicit, Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, optet in corde suo. & gaudeat ob gloriā, qua Christus Redéptor à patre donatus est ad eiusdem dextrā residens. Atq; ita in cæteris Dei magnilibus & attributis.*

6. Accedat cum magna diuinorum verborū veneratione & ponderatione, sibi certissimò persuadens, horum quodque

A a 4 in

## 284 SPIRITV ALIS

in corde seruatum, vitam sibi  
allaturum æternam, iuxta illa  
D.Petri ad Redemptorem Ie-  
sum verba, Ioan.6. Domine ad  
quem ibimus? verba vita æterna ha-  
bes. Et quod ipse met de se Sal-  
uator ait, Verba quæ ego loquor  
volis, spiritus & vita sunt. Vnum-  
quodque proinde Officij diui-  
ni, quod totum constat è ver-  
bis Dei, verbum vita æterna est.  
Psal.118. Ut, Beati immaculati in  
via, qui ambulant in lege Domini.  
Ambulare imma culatum in via  
Dei, vita est æterna. Et, Psal.1.  
Beatus vir qui non abiit in consilio  
impiorū. Et, Ps.31. Beati quorū re-  
missæ sunt iniquitates. Atque ita  
reliqua diuini officij verba

ma-

magni in corde faciat , velut  
pretiosissimas quasdam gēmas  
infiniti valoris, detq; operam,  
ne qua illarum amittatur. Hoc  
eo modo magni faciebat ipse  
Psaltes , dum de ijs dicebat,  
Psal. 18. *Desiderabilia super au-*  
*rum & lapidem pretiosum mul-*  
*tum.* Si porrò singula per se ver-  
ba vitam æternam causantur,  
tot sanè tamque diuersa, quæ e-  
iusdem omnino valoris sunt,  
in causa erunt , vt in officiū re-  
citante, compleatur, quod de o-  
uibus suis Christus affirmauit,  
Ioan.10. *Ego veni ut vitæ habeant,*  
*& abundantius habeant.* Qui er-  
go hac consideratione per fidē  
excitata Horas suas recitaret,  
longè

longè se ditiorem ex uno psalmo factum inueniret, quam ex vniuerso mundi totius argento & auro, & animum viuo illius Domini, qui tanta cū abundatia tot tamq; eximias sibi diuitias cōmunicauit, amandi, colēdiq; desiderio accenderet.

7. Consideret se hinc pauperem & indigum, & velut ne-  
scientem à Deo petere quæ sibi  
necessaria sunt; illinc verò Bre-  
uiariū cogitet velut librū plenū  
petitionib<sup>9</sup>, à SpirituS.ordina-  
tis, & institutis vti, reuera sūt, iu-  
xta illud, R.8. Quid oremus, sicut  
oportet, nescimus; ipse autem spri-  
tus postulat pro nobis genitibus in-  
enarrabilibus. Si autem ex una  
parte perpendat petitiones esie

æquas & salutares, & ex altera  
Deum esse ad dandum promptissimum, & certum sit, promisso  
suis Christum, Ioannes 16.  
*Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis;* intelliget  
haud dubiè, ad animam suam  
ditandam, non aliud sibi esse  
necessarium, quam ad insigni  
cum feruore, & firma fiducia  
( quam diligentiam dumtaxat  
à parte sua orantem impendere  
Deus vult ) diuinum officium  
recitandum accedere.

8. Consideret eum qui sine  
ulla attētione recitat, nihil penitus  
Deo dare, cū psalmi ipsius  
sint. Non secùs ac si dominus a  
liquis seruo vas argenteum  
daret

## 288 SPIRITUALIS

daret, ut illud ipsi aqua plenum redderet, & seruus illud ei redderet vacuum, nihil omnino illi daret. Forte propterea etiam dixit psalmographus, psal. 76. *Confitebor tibi in vasis Psalmi.* Considerabat enim ipse psalmos velut aurea quædam vasæ, quos ipse Deo, cuius reuera erant, confessione diuinorum eius præconiorū & deuotione plenos redere debebat.

9. Vtile etiam fuerit non nihil post singula *Gloria patri & filio, &c.* requiescere, cum aliquo interno diuini amoris actu, gaudendo, quod Deus sit qui est, & infinita sua gloria in æternum fruiturus sit.

10. Det

THESAURVS MISSAE. 289

10. Detoperam vt, quando ad  
recitadū se accingit, ita attēdat,  
vt Deū amet, & de eius esse, glo-  
riaque gaudeat, quæ est summa  
quæ haberi potest attentio, &  
omni hominum generi admodū  
facilis ; vt nimirū lētetur quād  
Deus sit qui est, & vt ex omni-  
bus illis ipsius perfectionibus,  
quæ ad singula propè verba in  
Psal. occurrūt, in diuinā illius  
maiestate aliquid resulteret. Si ve-  
rō versus aliquis aut quippiā a-  
liud, quod nō intelligit, occur-  
rerit, Dei sapiētiā eo magis sus-  
piciat, ijs illū verbis honorādo,  
quibus ipse honorari vult. Cū  
autē cū huiusmodi amoris affe-  
ctu ad diuinū recitandū officiū,

Bb acce-

accedit, et si ijdem singulis diebus psalmi repetatur, non modo fastidium illi nullum adserent, sed maioris etiam gustus erunt occasio: ut res aliqua pulchra, quo magis inspicitur, eo magis animū ad se rapit; & mel & saccarū quod natura sua dulce est, quanto magis ore masticatur, tanto maiorem dulcorem edenti adfert.

II. Studeat quoq; in animo suo omnes doloris, cōtritionis, gratitudinis, amoris, spei, cū diuina volūtate cōformitatis, humilitatis, timoris, aliosq; plurimos affectus in psal. occurretes excitare. Atq; vt huiusmodi act' vnicō momēto per volūtatiē fieri pos-

possunt, sanè si quis eos sæpius inter recitandas Horas perageret, ad earū finē ubi peruerterit, multos virtutū collectos actus habebit: qui quantū promereātur, facile videlicet est è damno, quod ipse sibi afferret si cōtrarios ficeret, & in ipsos consensum præstaret; omnes namque peccatum forent.

12 Si sesquihora ad vniuersum officium decurrentū sufficiat, vnum horæ quadrante amplius ei impendat, vt tractim ipsum recitet, & gustet quodammodo quæ legit: nam quando quis festināter, vt citò absoluat, legit, solicita illa anxietas omnē tollit attētionem: quin etiam hinc

Bb 2 ap-

apparet, declarare illum vello  
fastidium sibi afferre cum Deo  
colloquium.

13 Quin etiā si quādo quid oc-  
curret, quod maiore illi lucem  
causetur, aut animū magis com-  
moueat, in hoc ipso quietus hę-  
reat, vt interdiu illud ruminet.  
In quo si diligēs fuerit, Deus ip-  
se vicissim quotidie illi de ne-  
cessarijs prouidebit; atq; ita fiet  
vt diuinū officiū illi velut *locus*  
*pascuae* futurū sit, iuxta illā Do-  
mini sentētiā, Io. 10. *Ingrēdīetur,*  
*& ingrēdīetur, & pascua inueniet,*  
*& ad Diuinū officiū semper cū*  
*fame adibit, & ab eo benepastus*  
*& refectus reuertetur.*

14 Cogitat, officiū diuinū, pro-  
ut

THESAVRVS MISSAE, 293  
ut nomen sonat, inestimabilem  
thesaurū esse; vnde si anima ipso  
plurimū nō ditetur, sit quia ip-  
sū negligit, neu se ad ipsū pro-  
ut oportet recitādū, disponit,  
sed illi sufficit, ipsum solū de-  
currisse & in eo quiescit.

15 Per magni etiam refert, ipso  
absoluto, breuiter examinare  
quæ in eo commissa sunt errata,  
& proponere eadem hora pro-  
xima emendare.

16 Proderit etiam considerare  
multa illorum quæ in psalmis  
scripta sunt, Christo Domino  
conuenire, modò vt Deo, modo  
vt regi, alias vt redemptori, a-  
lias vt iusto, alias in quantū pec-  
catoris formā accepit, & omnia

Bb 3 in

## 294 SPIRITUALIS

in se nostra crimina assumpsit;  
atq; ita eadē velut propria fo-  
rent, plorauit, & in se sensit.

17 Considerandū quoq; prēci-  
puū Patrū veterū & eremicola-  
rum exercitiū fuisse, toto propè  
die & nocte psalmos Dauidicos  
decurrere; quod haud dubiè nō  
fecissent, nisi magnā in ijs vtili-  
tatem & dulcedinē inuenissent.

18 Vtile deniq; fuerit, has aut  
alias cōsiderationes quæ magis  
excitabunt, nō simul omnes ad-  
hibere, sed hodie se in hac, cras  
in alia exercere: nam ita magis  
proderunt, & paulatim magis  
magisque assuescet illi, quæ ad  
maiorem deuotionē excitabit.

F I N I S.

AC-